Havniæ 1820.

H. Gudmundsen

819.3
Víg

VIGA-GLUMS SAGA,

SIVE

VITA VIGA-GLUMI.



Sumptibus P. F. DE SUHM.

VIGA-GLUMS SAGA,

SIVE

VITA VIGA-GLUMI.

Cujus Textus ad fidem præſtantiſſimi Codicis membranei diligenter exactus eſt, & collatus cum multis libris chartaceis.

Cum verſione Latina; paucis notulis ad ſenſum pertinentibus; varietate lectionis in latinum verſa, & criticis obſervationibus mixta; carminum in ordinem proſaicum redactione, & indice triplici; uno rerum memorabilium, altero Chronologico, tertio vocum & phraſium; qui etiam Commentarii vicem in loca difficiliora ſuſtinet.

E Manuſcriptis Legati Magnæani.

HAVNIÆ, 1786.

Typis Augusti Friderici Steinii.

L. S.

Hiſtoria Víga-Glumi (*a*) inter multas priſcæ Islandiæ Hiſtorias haud ultimum meretur locum; continet enim præter ea, qvæ ad cultum divinum ethnicum, juris dictio-

A 3

(*a*) Notandum venit; qvod raro aut nusqvam in hac noſtra hiſtoria Nomen Víga-Glúmr occurrat; interim tamen Heros noſter eo nomine vulgo cluet, atqve etiam in vetuſtis monumentis, ex. gr. Víga-Scutu Saga, Landnáma-boc, Olafsſ. Tryggvaſonar in Þætti af Ögmundi Ditt, Chriſtni Saga &c, ad verbum ſignificat, Glumus Homicida. Sed mirum videri poteſt, unde ei hoc nomen obtigerit, neqve enim cædibus præter cæteros deditus fuit. Mea conjectura eò tendit, hanc denominationem ei eveniſſe, non a multitudine cædium, ſed potius ex

diſtionem, & oeconomiam privatam, pertinent, etiam characteres morum atqve ingeniorum inſignes; verbi cauſſa: herois ipſius (*b*) Glumi, Avi Ingialdi, & patris Eyiolſi, Thorarini Eſpiholenſis, Einaris Thveráenſis tunc adoleſcentis, Thor-

ex eo, qvod cædes ab eo patratæ multum in ſe habebant ſingulare: ut cædes Biörni Berſerki, Sigmundi, Hlödukalſi, & potiſſimum Thorvaldi Krokii. Eandem rationem opinor eſſe in Denominatione Viga-Skutæ, nempe ex celebri illa cæde, qva patrem ſuum ulciſcebatur, occidendo Patris interfectorem, inter duos pontifices medium in judicio ſedentem: Neqve improbabile eſt Viga Styrium a cæde Berſerkorum nomen imprimis eſſe ſortitum, etiamſi alias magnus fuit homicida. De Víga-Bardio nulla controverſia eſt, ut opinor, qvin prænomen hoc ei acciderit ex Heidarvígenſi cæde, nam de cætero erat homo ſatis placidus, ut ex Grettisſ. conſtat: idem etiam qvadrat in Víga-biarnium; de qvo conſuli volo Hiſtoriolam de Thorſteino Stángar Högg: Denique contra, ſi â multitudine cædium tale nomen olim impoſitum fuerit, velim ſcire, cur Thorgeirr Havarſonius, homo præter cæteros omnes Noſtrates veteres â natura compoſitus ad homicidia, hoc cognomine non inſignitus, neqve Víga-Thorgeirr appellatus fuerit, qvod nusqvam factum eſſe invenitur; nempe cædes exercebat qvâvis occaſione promiſcue, in qvarum plerisqve nullum erat ad modum ſingulare. Glumus ad verbum ſignificat ſonorem, ut ex indice vocum videre eſt.

(*b*) In eo eminet animi & corporis fortitudo, calliditas haud mediocris, humanitas, beneficentia & miſericordia prorſus heroica erga opis indigos, cujus præconium ei tribuit, vel hoſtis ejus capitalis Víga-ſkuta, vide Hujus hiſtoriam Cap. XXVI. Cæterum præclarum Stemma Glumi ex Landnáma-boc, & ipſa ejus hiſtoria perſpici poteſt, qvod & in

Thorvardi Örnolfi filii Sycophantæ politiſſimi, filiorum Glumi Marii & Vigfuſi ingenio diſſimilium &c.; tùm varia exhibet ad iſtius ſeculi genium & inſtituta indicanda, qvæ ex parvo indice rerum, qvem ſubjunxi, peti poſſunt. Qvod attinet ad fidem hiſtoriæ, in univerſum aſſerere audeo, eam de fidelitatis palmâ certare cum fide digniſſimis, in nullum enim veſtigium incidi, ubi ea vel fabuloſum qvid vel exaggerans, vel partium ſtudium redoleat; cum tamen â primo vitio non prorſus ſint immunes qvædam magni nominis hiſtoriæ noſtrates; Kialneſinga-Sagam & Droplögar-ſona Sagam magnam nominaſſe ſufficiat; Stili ſimplicitas, ab omni affectatione & oratio-

& in nuce monſtrat bellum genealogiæ ſchema Chriſtniſagæ ſuffixum; potentiam autem ejus & auctoritatem colligere licet, fere in univerſum, ex hiſtoria noſtra; ex qvâ apparet omnes ſuæ, nempe ſeptentrionalis, provinciæ magnates, ejus obtrectatores & æmulos fuiſſe, inter qvos eminebant Thorarinus Eſpiholenſis & fratres ſui Thorvaldus Krokus & Thorgrimus, ut & Pontifices Skagafiordenſes, item Einarr Thveráenſis, homo ſapientiſſimus, neqve optimo ingenio præditus, Gudmundus potens frater illius, Thorvardus Örnolfi filius, homo nobilis & in paucis impudenti verſutiâ præditus, & deniqvè Víga-ſkúta inclytus athleta, & vir animi confidentia ac ſingulari calliditate inſignis, cujus rationes & negotia cum Glumo luculenter haurire eſt ex Víga-ſkutu Saga Cap. XXIII ad XXVI incluſive. Tum ipſa Glumi Vita teſtimonium perhibet, qvomodo & qvamdiu dignitatem ſuam tueri valuerit, contra tot & tantos adverſarios; qvod ulterius confirmatur e Kriſtniſaga, qvæ expreſſis verbis eum Summum Procerum in provincia boreali nominat.

orationis lenocinio aliena, etiam haud aſpernandum argumentum præbet pro fide & candore noſtri hujus Hiſtorici.

Haud immerito igitur Eam in pretio habuit inter ſummas Islandorum Heroum vitas, qvas omnes magni facere ſolet, ſecus qvam plerorumqve mos eſt hodie, Vir Illuſtriſſ. Daniæ ſingulare decus, Literarum & Literatorum columen, P. F. SUHM, Regius Claviger; atqve adeo abſenti mihi in Islandia negotium dedit, ut Eam in latinum ſermonem verterem, & de cætero ita elaborarem, ut typis rectè & dignè mandari poſſet; qvod ego, etſi multifariis occupationibus, tum officii publici, tum privatæ oeconomiæ, diſtentus, pro tenui mea facultate tentavi facere in gratiam Benefactoris mei, & Patroni nunqvam ſatis laudandi, qvalem meum conatum Vir Optimus, pro ſolenni ſuâ munificentiâ, liberaliſſimô præmiô remuneravit. Qvid autem ego præſtiterim, peritorum judicio relictum eſto: interim ſingula conaminum meorum, præſens opus qvod attinet, momenta paucis attingam:

I°. Textum in Verſus vel Inciſa diſtinxi, qvod utili conſilio me feciſſe arbitror, ad eorum commoditatem, qvi Indices cum eo conferre, & res vel verba in iis Indicibus notata illic evolvere cupiunt, ad connexionem inibi penitius inſpiciendam; ita non eſt opus integras paginas tædioſe per-

legere

legere unius verbuli cauſa. Præterea Editori & Interpreti multum commoditatis exinde affluit. Ille novis collectoribus & cognitoribus talium Indicum, poſtqvam liber impreſſus eſt, non opus habet. Hic vel abſens certus eſſe poteſt, non corruptum iri opus a ſe elaboratum ab aliis magis ignaris & forte magis incurioſis, qvam ipſe fuit; qvilibet enim autor præſumitur majorem de opere, cui ſtudium & operam impendit, notitiam habere, qvam aliqvis extraneus, qvi forte nunqvam antea de eo cogitavit, & ideo non culpandus eſt, ſi multa prætereat, & multa eum fugiant inobſervata, qvæ alteri poſt multoties repetitam tractationem & rimationem familiaria evaſerunt. Magnopere optandum eſſet, ut alii hanc rationem & methodum vellent obſervare, præſertim qvi tales libros cum indicibus edunt.

II°. Textum univerſum, qvi editione Holana ſatis mendoſus eſt, in novam qvaſi formam ad ductum Membranæ redegi, non modo qvod ad orthographiam, ſed etiam, qvod ad dictiones & res ipſas paſſim; non tamen adeo juravi in verba hujus Membranæ, ut eam, ubi vel manifeſte erravit, vel erroris ſuſpecta mihi viſa eſt, ſeqvendam putaverim, tunc enim ex aliis codicibus textus integritati pro meo judicio conſulere conatus ſum, nempe:

 III°.

III°. Textum hunc contuli cum novem Codicibus præter Matricem Membranam, qvorum omnium, ut & Membranæ, breviculam notitiam dabo infra; ex hiſce omnibus varietatem Lectionis collegi, verſione & criticis obſervationibus hinc inde interſperſam, qvo accedunt conjecturæ aliqvot, ubi lectio omnium Codicum ſuſpecta videbatur, qvas tamen in textum admittere raro ſuſtinui, ſatis habens annotaſſe intra varietates Lectionis aut notulas textui ſubditas. Varietates carminum verſione carent plerumqve, neqve ea erat facilis, adeo illæ vitiis ſcatent; ſed ubi ſenſum dabant non prorſus abſurdum, expoſitæ ſunt in vocum indice.

IV°. Verſionem, qvam potui proxime, ad textum elaboravi, unde ſtilus Latinus majorem in modum ſimplex videbitur, qvod non qvidem nego; opinor tamen eum eſſe claſſicum & latinitatem a Barbarie ſic ſatis puram, etſi floſculis careat; qvos mittere juſſit inſtituti ratio, qvæ erat lingvæ genium, qvantum potuit, exacte exprimere, qvem ſcopum ita me obtinuiſſe credo, ut Interpretes hiſtoriarum noſtratium, qvæ hactenus prodierunt, optimos, (nam de cæteris nihil dico) ſaltem æqviparaverim. Obſcuritates verborum qvædam incidunt in textu noſtro, qvæ tam ex vocibus, qvæ dudum obſoleverunt, (& id qvidem fortaſſe una cum rebus, qvas

deſigna-

deſignabant antiqvitus) qvam ex conſtructione ab imperitis librariis ſine dubio corrupta proveniunt; iis obſcuritatibus luculam aliqvam adſpergere conatus ſum in vocum indice, qvantum voces ſingulas attinet; in notulis autem textui ſubjunctis, qvod ad perverſam conſtructionem ſive ex ea natam obſcuritatem ſpectat. Carminum verſio multis feſtivis hominibus ridicula, credo, videbitur, qvos ſuo ſenſu & ignorantia gaudere per me permiſſum erit; Sed ſi aliam verſionem, unde, ſive ex qva ſola nemo antiqvi ſermonis poëtici ignarus doctior evadat, expetunt, adeant indicem vocum, ubi ſenſus appellationum qvod ad rem, non qvod ad verbum, expreſſi ſunt: de cætero pleraqve Glumi carmina aliqvid ſingulare in ſe habent præqvam cæterorum poëtarum, & non poſſunt cum certitudine exponi ex regulis Eddicis, neqve eſt ut ultra perveniatur multis in locis, qvam ad probabilitatis ſpeciem aliqvam. Ea ſententia eſt hominis in talibus literis multum & diu verſati G. Magnæi, qvem ſuper hiſce carminibus non ſine fructu conſului. Dici non poteſt qvantum redactio carminum in ordinem proſaicam conferat ad eorum intelligentiam, nolui ergo labori parcere, & laudabile qvorundam ante me inſtitutum ſeqvutus ſum, ut ea omnia in talem ordinem redegerim, qvo vel apud Eddæ peritos homines gratiam me iniiſſe ſpero, ne qvid dicam de aliis.

V°. Ut opus ad uſum qvam maxime eſſet commodum, tres Indices adjeci:

a) Rerum notabilium ad modum ejus indicis, qvem optimo conſilio Landnamabok ab ſe elaboratæ ſubjecit Vir ſumme venerabilis J. Finnæus, qvales indices plures exiſtere magnopere optandnm eſſet; loco indicum, qvos freqventant, hiſtoricorum, qvi non ſunt aliud, qvam contenta rerum geſtarum compendioſa, alias facile in ſenſum lectoris occurrentium, & recenſus nominum propriorum, unde non multum hauritur notitiæ antiqvitatis, & tamen id genus indicum magnam interdum molem implet.

b) Chronologiæ, cujus rationem & fundamenta dedi atqve allegavi in proëmio ejus Indicis, qvod hic repetere ſuperſedeo. Scio objici poſſe hujus chronologici calculi terminum â qvô, nimium qvantum differre ab eo termino, qvem ipſa Hiſtoria præfigit, ſed in re incerta multo tutius mihi viſum eſt, Annalium Scriptores ſeqvi, qvorum primarium inſtitutum & ſcopus fere unicus fuit, tempora rerum geſtarum determinare, cum è contrario ſcriptores hiſtoriarum præcipue verſentur circa Narrationem rerum geſtarum, non adeo ſolliciti de temporum calculo definiendo, qvod & iis,

qvo

qvo tempore ſcripſerunt ex traditionibus tantum oralibus, fere erat impoſſibile. Annalium ſcriptoribus, multo facilius erat calculos inſtituere, habuerunt enim in manibus largam meſſem hiſtoriarum ab hiſtoricis ante ſe concinnatarum; ex hiſce per collationem Earum inter ſe, & ratiocinia inde deducta potuerunt diligenti ſtudio & ſedula attentione pervenire ad majorem certitudinem in temporibus rerum geſtarum deſignandis; & præterea credibile eſt, eos melioribus Exemplaribus Hiſtoriarum uſos eſſe, qvam qvæ nobis hodie ſuperſunt, poſt tantum temporum intervallum; â me certe impetrare neqveo, ut credam allegatos Annalium Authores cædem Sigimundi adſcripturos fuiſſe anno 942. ſi uſi eſſent noſtris Exemplaribus, qvæ Eyiolfi Hrugæ peregrinationem in Norvegiam ſtatuunt factam eſſe ſub Hacone Adalſteini alumno regnante: nam pono, infavorem Hiſtoriæ indefinite hac de re loqventis, Eyiolfum veniſſe in Norvegiam anno primo regni Haconis, de qvo anno, inter Chronologos non convenit, nam ſunt, qvi 937, alii 935, rurſus alii 934. & deniqve Annales 933 ſtatuunt initium regni Ejus: ponamus porro, ut Noſtræ Hiſtoriæ patrocinemur, Annalium annum ſc. 933, qvo Eyiolfus venerit in Norvegiam, & verſatum ibi eſſe illum annos qvatuor, ut Hiſtoria docet, deinde attendamus tempus Nuptiarum Eyiolfi, duxit enim Aſtridam hyeme ultima, qvâ in Norvegia

 erat,

erat, & tum obſervemus Glumum fuiſſe ad minimum 3tiam prolem Eyiolfi & Aſtridæ, (poteſt enim & fuiſſe l. IVta l. Vta proles, qva de re Hiſtoria ſatis indefinite loqvitur V. Cap.) ex his datis Annus Natalis Glumi foret 941, (nempe proximus ante, qvam Sigmundum XVI. annos natus interfecit ex annalium fide) Annus, qvo Sigmundum interfecit, foret 957. anno ſeqventi ſc. 958. dignitatem ſuſcepiſſe ponamus, qvâ fruebatur annos 40, ut teſtatur Hiſtoria, cujus temporis terminus, ad qvem probabiliter ſtatuitur, annus, qvo â Thverá ſede avita expulſus & è territorio extorris factus eſt (poſt enim id tempus non convenit eum dici ſummum procerum at ſummis parem) conſeqventer Thverâ exceſſit Anno 998. & prælium Hríſateigenſe incidit in annum 995 (12 annis poſtqvam Annales volunt) poſt ſex annos ab eo prælio, id eſt 1001. carmen pepigit de ætate ſua, qvæ ex hoc calculo efficit 60 annos, id qvod conſiſtere non poteſt cum carmine ejus, qvo modocunqve accipiatur, ſunt autem, ne qvid diſſimulem, tres modi, qvibus accipi poſſit: unus eſt, qvem in verſione ſecutus ſum, ut proxime accedentem ad Annales, ſecundum qvem Glumus carmen hoc pangens fit 63 annorum, & aliqvid ſupra, ſive qvod non multum differt 64 annorum aliqvanto minus: alter modus eſt, ſi verba carminis "*Sextigu vetra fióra minna mett* explicentur, per Sexaginta annos qvatuor annis minus:

minus: Et tertius modus eſt, ſi τὸ *minna* non ad annorum numerum referatur, & hic ordo verborum conſtituatur. *Þá er ver ſátum — — — ſióra (vetr) Sextigu vetra,* ɔ: *ſióra vetr ins ſietta tigar. Nu er minna mett,* ɔ: poſtqvam viximus (Thveraam incoluimus) qvatuor annos ſextæ annorum decadis, nunc minor eſt æſtimatio (noſtra); qvatuor autem anni ſextæ decadis faciunt annos 54, tres anni eo additi, qvos in Hörgárdalo habitavit, anteqvam carmen pangeret, efficiunt annos 57, qvod tribus annis minus eſt, qvam vult calculus authoris noſtri; ex priori acceptione carminis 4 annis minus emergit, qvam dictus calculus poſceret: & multo majorem differentiam involvit reſpectu Chronologiæ Annalium ſupra memoratæ. Hic habes, Lector, Chronologiam, qvatenus eam potui elicere ex ipſa Hiſtoriâ, qvam ego fideliter adducendam exiſtimavi, & cuicunqve relictum volo, ut eam ſeqvatur, ſi ita magis lubeat; nam me qvod attinet, eam ſeqvi non poſſum ſeqventes ob rationes, præter ante allatas.

1°. Concordant annales ipſi inter ſe de duobus momentis in hac Hiſtoria primariis, Sigmundi nempe cæde, & prælio Hriſateigenſi: (qvod differentiæ intercedit circa Sigmundi cædem, notatum eſt in Introductione ad Indicem

Chro-

Chronologiæ) deinde conſentiunt cum carmine Glumi, ut ex eadem introductione luculenter patet, qvalis convenientia haud levem in ſe habet probandi auctoritatem.

2°. E Chronologiâ, ad ductum hiſtoriæ inſtitutâ; naſcitur id incommodi, qvod ætas Glumi non evadit niſi 62 anni, atqvi tantula ætas non videtur congruere in hominem, de qvo ipſa Hiſtoria bis numero prædicat, *qvod ſenex evaſerit & cæcus*; id qvod & ipſe in ultimo carminum ſuorum confirmare videtur (vid. Cap. XXVII. verſ. 20.) & deniqve.

3°. Certum eſt lites cum Eyiafiordenſibus apud Hriſeyiam & pugnam in Kaupango accidiſſe, poſtqvam Glumus venit ad Thverbreckam; nimirum eo migravit, qvo alterum illud in Chronologico indice laudatum carmen pepigit Ao. 1001, jam vero incertum eſt, qvamdiu in Thverbrekka habitarit ante haſce turbas, ſed ad minimum eas non prius fuiſſe conſentaneum eſt, qvam uno anno poſt migrationem ad Thverbreckam idqve ex verbis auctoris, ubi eas narrare incipit Cap. XXVII. verſ. 3. *Eitt vor kom Þorvalldr* &c. alias enim dixiſſet: *Um Vorit, er Glumr fór til Þverbrekku, kom Þorvulldr* &c. ɔ: eodem vere, qvo Glumus Thverbrekkam

migra-

migravit &c. Faciamus igitur turbas iſtas eveniſſe uno anno à migratione iſta elapſo. Alias auctor in oratione ſua præter neceſſitudinem à lingvæ genio temere receſſiſſet, qvod non de illo magis, qvam cæteris priſcis Hiſtoricis noſtris præſumere fas eſt, nempe Ao. Seculi 1002. at ætatis Glumi 61. & uno ſaltem anno ante obitum ejus. Tum ſeqveretur, eum tantas res geſſiſſe, ex Hypotheſi Auctoris, decrepitum & viſu captum præ ſenectute (nam alia ratio cæcitatis ejus, qvam ſenectus ex authore noſtro colligi non poteſt) qvod eſt prorſus incredibile; neqve enim uno dimidio anno, ut opinor, hæc coecitas ei incidit, qvæ non niſi paullatim & longo tempore ſenibus ſolet evenire. Inſtar omnium eſt, qvod ipſe author videtur intendere Glumum plures qvam tres Thverbrekka habitaſſe: Dum ita loqvitur, Cap. XXVI: *Þá keypti Glumr land ad Þverbrekku, ok bió Þar medan hann lifdi.* Credibile eſt ex uſitato veterum Hiſtoricorum ſtylo, auctorem non ita locuturum fuiſſe, ſi paucos annos Glumus Thverbrekka habitaſſet, verum potius dixiſſe: *Ok bió Þar fá* vel *nockr ár, ádr hann andadiſt,* ibi paucos l. nonnullos annos habitavit, anteqvam exſtingveretur, aut numerum annorum definite expreſſiſſet, exempli cauſa: *hann bió Þar* III. *eda* IV. *ár áÞr han andadiſt.* o: ibi habitavit 3. l. 4. annos anteqvam &c. Eodem recidit argumentum ductum ab initio

C capitis

capitis ultimi: *Þat var eitt ſumar, at Þeir brædr Gudmundr ok Einarr* &c. ſi hoc accidiſſet anno poſt turbas in Kaupango, Author non ita locutus eſſet, verum potius ſic: *Þat var um ſumarit eptir* &c. neqve dubito ex iſtis verbis concludere, aliqvot annos interceſſiſſe inter turbas illas & Glumi obitum, vel ſi mavis Glumi propoſitum utrumqve aut alterum eorum fratrum occidendi, nam nihil adhuc impedit, qvo minus etiam poſt hoc tempus aliqvot annos vixerit.

Hæc omnia eo tendunt deniqve, ut oſtendam, qvod ego non niſi neceſſitate adactus diſceſſerim ab eâ temporum ratione, qvam hujus Hiſtoriæ Auctor ſecutus eſſe videtur, cujus rationis cardo vertitur in anno, qvo in Norvegiam venerit Eyiolfus; Sed ſi vitium illud irrepſerit in hiſtoriam, magis id adſcribendum erit Librariis imperitis, qvam ipſi Authori, homini in cæteris, ut videtur, accurato & hiſtoriæ gnaro, & in qvo nihil improbare eſt præter nimium affectatam brevitatem, qvam ob rem ille in obſcuritatis crimen interdum cecidit. Si aliqvanto prolixior in hac materia fuerim, id â nemine cordato vitio mihi verſum iri ſpero, cum Chronologia ſine dubio haud parvum momentum afferat ad hiſtoriæ veritatem & utilitatem, cumqve præſertim Doctiſſimus Chronologus noſtratium, aliqvoties mihi laudatus Dominus J. Finnæus,

qvem

qvem de hoc meo dubio conſului, videatur in ſententiam meæ contrariam inclinare in literis ad me datis, atqve in Indice vocum ſub *Klambrar veggr* allegatis, ubi ut probabile aſſumit, Glumum vixiſſe præter propter ſexaginta qvinqve annos.

Ex Hypotheſi a me in Indice Chronologico ſumta annos margini textus appoſui, qvod neminem improbaturum ſpero, cum Lectorum commoditati in ea re conſultum eſſe voluerim.

C. Tertius eſt Index Vocum & phraſium, qvarum pleræqve rariores ibi collectæ inveniuntur cum ſubditis derivationibus, non neglecta earum convenientia cum lingvis aliis; qvasdam prolixius tractavi, qvod commentarii loco inſervire volui in loca hiſtoriæ maxime obſcura, ut ſuperius monui, cum de verſione agebam: fateor multa in iis commentariis non ulterius pervenire, qvam ad conjecturas, ſed velim ſcire, qvis perveniat ulterius, ubi res & verba ſunt obſcura? Qvi plus in his verbis vident, & plus habent temporis, plura præſtabunt & meliora; meus ſaltem ſcopus fuit voces minus tritas aut minus notæ ſignificationis adnotare, qvas alii ante me, qvantum ſcio, non tetigerunt; aſt ubi voces qvoad Etymologiam ab aliis derivatæ ſunt, ſatis duxi lectorem ad eos

ablegare, inter qvos imprimis ſub merito numero philologum noſtratem longe Doctiſſimum Dominum J. Olavium, cujus gloſſaria, qvantum pertingunt, in Syntagma de Baptismo, & Diatriben de cognatione ſpirituali cæteris, qvæ in hiſce regnis ſeptentrionalibus hactenus edita novi, multum me judice antecellunt. Hactenus qvæ meum laborem in hoc opere reſpiciunt. Nunc venio ad Authorem & Codices Hiſtoriæ.

I°. De Auctore res redit ad conjecturas, nam ipſe, ut multi alii veterum Noſtratium, ſe ignoratum voluit, fortaſſe ante oculos habens notum illud Horatianum Libr. Epiſt. I. Epiſtola XVII. verſ. 10.

"*Non vixit male, qvi natus moriensqve fefellit.*"

Mea conjectura eo tendit, Arium poly-hiſtorem libri eſſe Auctorem, nam

a) Stilus conciſus & rigidus, & brevitatis ſtudium ad vitium usqve obſcuritatis interdum affectatum hoc ſvadent; qvalia in Schedis ſunt, & præterea non modo fabulas, ſed & omnes digreſſiones alienas & ſuper vacaneas hic abeſſe comperimus, qvi laudabilis ſcribendi modus in iisdem Schedis perpetuo obtinet.

b) Pro-

b) Profitetur Arius, ſe hiſtorias ab Hallo Haukadalenſi didiciſſe, apud qvem educatus fuit in contubernio Teiti filii Isleiſi Epiſcopi. Isleifus autem fuit filius Gizoris Albi, qvi Glumo cognatus erat, & ut amicus atqve opitulator litibus ejus interfuit. Ex his duobus, Hallo nempe, ut per aliqvod tempus ſyncrono Glumi, & Teito cognato ejus ediſcere potuit Arius, qvæ ad vitam Glumi pertinebant.

c) Simile ſtili genus, qvoad ſimplicitatem, candorem & brevitatem, eſt in Gunlaugs Ormstungæ Saga, cujus Auctorem Arium facit hujus Hiſtoriæ Membrana Holmienſis & Liber Chartaceus in Bibliotheca Magnæana in 4to, No. 500. vid. Præfationem ad allegatam Hiſtoriam pag. 7 & 13. edit. Hafniæ 1775. & deniqve.

d) Qvicqvid ſit de Auctore, vetuſtum cum eſſe cum ratione concluditur ex Vígaſcútu Saga, qvæ Cap. XXV. & XXVI. allegat alias relationes. Locum integrum ex Capite XXV. huc adſcribere liceat, cum etiam pertineat ad aliud momentum in Hiſtoria Glumi, qvod leviter attingitur in Ea Cap. XVI, illuſtrandum; Agit autem de Thorlaugæ Glumi filiæ, divortio â Vigaſcuta his verbis:

"*Elldjárn hinn milldi — kom út á ſkipi á Eyia-*
"*firdi — hann kom á fund Glúms, ſitia Þeir á tali*
"*allan dag, ſva at enginn viſſi, hvat Þeir töludu: oc*
"*litlu ſídarr ſendi Glúmr mann til Myvatz, oc bauд han*
"*Þorlaugu (dottur) ſinni til bodz, oc bad hana hafa gripi*
"*ſina med ſer, oc ſva lauſa fe nockut, oc ſumir menn*
"*vilia ſegia, at Skúta hafi ſumt haft* (ſine dubio mendoſe,
pro, *ſendt hana*) *heim til Glúms, Þá er verſuadi med Þeim*
"*oc Þóttiz Skúta gera (Þat) til ſvivirdíngar vit Glúm,*
"*enn hin fráſögn er her höfd, at Skúta væri eigi heima*
"*Þá er ſendimadrinn kom eptir Þorlaugo. Hún fór nú*
"*á fund födurs ſíns at hans ordſendíng: nú urdu menn*
"*brátt varir, hvat verit muni hafa í talinu Þeirra Glums*
"*oc Elldjarns; Þvíat Þá gipti han dóttur ſína Elldjárni,*
"*oc fóro Þau Þegar á burt oc utann, oc Þótti Þetta öllum*
"*vera mikit tiltæki ok Þóttuz vita at Skúta mundi Þeſſa*
"*hefna ef han mætti Því vidkoma.* — i. e. Eldjarnus lar-
"gus — Navi peregre advenit in Eyiafiördo — ille Glumum
"convenit. Illi ſedebant in colloqvio totum diem, ita ut
"nemo ſciret, qvid loqverentur: paullo poſt Glumus, miſſo
"homine ad Myvatn, Thorlaugam ſuam (filiam) ad convivium
"invitavit, & juſſit eam ſecum portare cimelia ſua & rerum
"mobilium nonnihil. Nonnulli autem ferunt Scutam cætera

"domum

"domum Glumi portanda curaſſe (domum patris Eam "remiſiſſe) poſtqvam diſcordia (denuo) inter eos orta erat, "atqve Skútam hoc facere intendiſſe in contumeliam Glumi. "At altera relatio hic adhibetur Skútam domi non fuiſſe, "cum nuntius Glumiveniret Thorlaugam arceſſitum, jamqve "ad Patrem profecta eſt ejus accitu (prout ille verba lega- "verat) & mox compertum eſt, qvæ res in colloqvio Glumi "& Eldjarni fuiſſet agitata: tum enim filiam ſuam Eldjarno "nuptum dedit: qvo facto illi mox peregre abiverant. Hoc "omnibus magnum inceptum videbatur, & perſvaſerunt ſibi "fore, ut Skúta id ulciſceretur, ſi ejus rei facultas illi "contingeret."

Alter locus eſt ê Capit. XXVI. atqve ita habet: "*Skúta hafdi Flugu í hende, Þar ſegia menn eigi einn "veg frá, ſumir ſegia ſva ſem her er ſagt, at Þat væri "Öx oc heti Fluga, en ſumir ſegia at Þat væri Sverd "oc heti Fluga, en hvart ſem heldr var, Þa hafdi Skúta "iafnan Þat vapn ſer í hendi, oc ſva var nú enn Þetta "ſinn.* i. e. Skúta Flugam in manu tenebat, qva de re "non uniformiter perhibetur, alii enim, ut hic narratur, dicunt "id (telum) ſecurim fuiſſe Flugamqve nominatam eſſe: alii "autem dicunt id fuiſſe gladium, Flugamqve nominatum eſſe,

"ſed

"ſed utrumlibet ſit, Skúta ſemper hoc telum in manu ſibi "habebat, atqve ita nunc etiam erat hac vice."

Ex his locis videtur tuto concludi poſſe, Auctorem Vígaſkutæ Sagæ per illud *Sumir* & *Sumir menn* digitum indicem obliqve intendere ad noſtram præſentem Hiſtoriam ſive ejus auctorem, etſi eum directe & aperte non nominet; & conſeqventer, ſi hæc mea concluſio vera ſit, hinc apparet noſtram Hiſtoriam antiqviorem eſſe Hiſtoria Vígaſkutæ; atqvi Vígaſkutæ Hiſtoria magna præ ſe fert antiqvitatis indicia, qvod ad ſimplicitatem ſtili, & candorem Scriptoris in rerum enarratione pertinet, de qvo ex. gr. conferri volo relationes Ejus de Glumi & Skútæ negotiis inter ſe, qvæ qvatuor Cap. in Ea continentur, nempe Cap. XXIII. ad XXVI. incluſive, & inſimul cadit ſub attentionem, atqve id diligenter velim obſervari, qvod Vígaſkutæ Saga non allegat alias relationes in rebus, qvæ interceſſerunt Glumum & Skútam, niſi ubi agitur de iis ipſis, qvæ in noſtra Hiſtoria occurrunt. Hoc novum adhuc argumentum eſt, qvod Auctor Vígaſkútu Sagæ per ſuum illud *Sumir* & *Sumir menn* non intelligat alios qvam Víga-Glums Sagæ auctorem. Adeo ut extra dubium ponendum ſit Hiſtoriam Glumi inter vetuſtiſſimas noſtratium eſſe numerandam. Qvod autem Vígaſkútu-Saga multo

copio-

copioſius & magis fundate, ab origine usqve negotii incipiens, exponit omne id, qvod Glumum inter & Skútam interceſſit negotii, tam ante Thorlaugæ divortium qvam poſt (verbi cauſa tranſit Víga-Glúms Saga matrimonium Thorlaugæ cum Eldjarno, qvod cum ſuis circumſtantiis ſuperius attuli ex Víga-ſkútu Saga) id eo venire cenſeo, qvod Auctor Víga-Glums Sagæ minorem habuerit relationum ſylvam, qvam alter; hujus autem cauſam fuiſſe credibile eſt, qvod Auctor Víga-Glums Sagæ in eadem qvadrante, qva Glumus vixit, neqve ortus, neqve educatus fuit, id qvod in Arium qvadrat ex mea ſuppoſitione, nam omnes ſciunt eum in prædio Haukadalo Islandiæ meridionalis educatum fuiſſe: res autem, qvæ eveniunt in territorio, ubi qvis natus & educatus eſt, magis eum afficiunt, atqve adeo notiores magisqve in memoria fixæ eſſe ſolent, ſive ſint præſentes, & ejus tempore geſtæ, ſive præteritæ, atqve a majoribus natu ei relatæ, qvam qvæ in alienis & extraneis provinciis contigere. Utcunqve res ſe habet, conſtat ex Snorrio in præfatione ad Hiſtoriam Norvegicam, Arium hiſtorias patriæ conſcripſiſſe, Niála qvoqve eum laudat in Genealogia Snorrii Pontificis, præterea Landnáma-Bok primum eum Authorem ſuum fuiſſe teſtatur. Non omittendum credo, fieri poſſe, ut qvidam objicere velint, nihil opus eſſe tanta hæſitatione, tantisve ambagibus, Scriptorem noſtrum qvod

attinet, cum plauſibile ſit, eum eſſe Brandum Sæmundi filium, Epiſcopum Holanum, qvi floruit Seculo XII. & *cujus opera*, ut ſtatuit ſumme venerabilis Doctor F. Johannæus in Hiſtoria ſua Eccleſiaſtica Tom. I. p. 333. *ſcriptæ ſint pleræqve noſtræ Hiſtoriæ & Vitæ Heroum, qvæ antiqvitatis notitiam nobis pandunt, ipſiqve etiam Annales, ut & Sturlunga Saga ad ejus usqve tempora, adſcribenda ſint.* At reſpondeo, ignotum mihi eſſe, unde laudatus Epiſcopus talem ſuam aſſertionem ſumſerit, nulla enim eo loco fundamenta ejus allegat in doctis ſuis annotationibus, qvod cæteroqvin facere aſſolet.

IIº. Codices Víga-Glums Sagæ omnino decem ad manum habui in textu ejus concinnando & conferendo: inter qvos principatum ſuo merito obtinet Codex Membraneus Bibliothecæ Arnæ Magnæi No. 132 in Folio: eo continentur multæ Islandorum hiſtoriæ, qvas hic recenſere nihil eſt opus. Scriptus videtur Codex Seculo XIV. & habet orthographiam probam, ſimplicem, & ab omni archaiſmi aut novaturiendi affectatione alienam; qvod ad proſam hiſtoriæ attinet, menda in illo pauca invenias, ſed plura in carminibus; nihilo tamen minus dici vix poteſt, qvantum antecellat omnibus reliqvis chartaceis Codicibus hujus hiſtoriæ; nam, ut orthographiam omittam per totum, ita reſtituit qvædam loca Carminum, ut

melius

melius non poſſint reſtitui, & ut qvædam in iis nunqvam intellecta fuiſſent, niſi bona fortuna nobis hunc Codicem ſervaſſet: in Genealogiis & Nominibus propriis tamen interdum eundem cum cæteris errorem errat, qvæ diligenter notavi in varietatibus lectionum, & ibi, ut & in notulis emendare, ac enodare ſategi. Rara occurrunt loca, ubi lectu ſit difficilis ob literas vetuſtate detritas; ſed nulla lacuna mihi obvia fuit, niſi una duarum linearum Cap. XXIII. ſub finem, & qvidem in carmine, qvod Heroi noſtro fuit fatale, qvamqve lacunam (cui nullum ſpatium vacuum relictum eſt) nemo omnium librorum Chartaceorum ſupplet; etiam alter parvulus defectus eſt in hoc Codice, qvod vox unius aut duarum Syllabarum in 1ma Stropha Carminis, Cap. XXVI. verſ. 12 excidit.

Cæteros novem Codices in duas Claſſes diſpeſcui, qvæ claſſes deſignantur Litr. A. & B, ad illam pertinent qvatuor libri, ad hanc qvinqve; ſingulos nominatim attingam:

A. 1. Eſt exſcriptum laudati Codicis Membranei manu Asgeiri Jonæ fil. ſatis perfunctorium ex Bibliotheca A. Magnæi No. 508. in 4to.

A. 2. Eſt Exemplar impreſſum Editionis Holanæ ſatis notum: orthographia ejus eſt vitioſa, & carmina miſere corrupta, de cætero textus ſatis plenus & qvod ad rem & verba;

Cap. XXV. in fine Carminis lacunam unus omnium Librorum qvomodocunqve explet, inſerit etiam vocem biſyllabam in altero carmine Cap. XXVI. ut ſupra monui deſideratam.

A. 3 & A. 4. Videntur eſſe traduces ex una communi matrice, & conſentiunt plerumqve inter ſe, prius tamen exemplar ſcriptum eſt ſuperiore Seculo, nam fuit aliqvando in poſſeſſione Jonæ Thorlacii Toparchæ in præfectura Mulenſi famoſi ſatis; alterum præſente Seculo ſcriptum eſt. Orthographia in utroqve horum, ut in pleriſqve chartaceis uſu venire ſolet, per totum depravata eſt. Hi duo Codices exiſtunt in A. Magnæi Bibliotheca ſub No. 164. Litr. B. & 144. in Folio.

De qvatuor hiſce codicibus generatim obſervandum eſt, qvod propius accedant ad Codicem Membraneum (non tamen præciſe decernere audeo, qvod ejus ſint traduces) qvam alterius claſſis codices, ad qvos nunc venio:

Inter hos agmen ducit B. 1. Ad aſpectum externum ſplendidus; nempe ligatus in rubrum heteromallum, & auratis marginibus conſpicuus; cum autem eum evolveris, præfert manum Johannis Erlendini ſacerdotis, notæ id eſt ſic ſatis perfunctoriæ accurationis: liber qvondam fuit in poſſeſſione illuſtriſſimi Herois Gyldenlovii. Nunc viſitur in A. Magnæi Bibliotheca No. 160. in Folio.

B. 2.

B. 2. Eſt ad aſpectum tenuis & vilis, ſed ad rem & interius multo præſtantior antecedente, exaratus manu Hergii Grimſonii, Sacerdotis Huſafellenſis ſeculo, ut opinor, præterito. Orthographia hujus Codicis aliqvanto emendatior eſt, qvam in cæteris chartis, & præſtitit ille, qvod nemo aliorum ut Cap. XXIII. in Carmine ſtroph. 6. pravas lectiones Horveig & Hörveig emendaverit. Exſtat in Bibliotheca A. Magnæi ſub No. 455 in 4to.

B. 3 & B. 4. Qvorum prior ſub No. 143 in Fol. poſterior autem No. 509 in 4to, invenitur in A. Magnæi Bibliotheca. In omnibus fere conveniunt inter ſe; prior qvondam fuit poſſeſſio Thormodi Thorfæi, ſcriptus manu librarii Anonymi hoc, ut videtur, ſeculo. Poſterior ſcriptus eſt, ut A. Magnæi Catalogus ait, manu currente Johannis Erlendini Sacerdotis. Sunt ambo admodum mediocres, at poſterior aliqvanto præſtat.

B. 5. Habetur ſub No. 164. Litr. A. exaratus manu Johannis Gizursonii fratris uterini Brynjolfi Epiſcopi, qvem conſtat ætatem triviſſe in exſcribendis vetuſtis noſtratium Hiſtoriis, cujus exſcripta qvi legerit, & contulerit cum paucis Membranis, qvæ hodie ſuperſunt, fatebitur, eum non elegiſſe niſi optimos libros, unde ſua exſcripta hauriret, ſed diffitendum ſimul non eſt, hominem inſerviiſſe mori depravato, qvi iis tem-

 poribus

poribus in Dania noſtra invaluit; nempe conſonantes qvasdam citra omnem rationem duplicandi, qvem morem, credo e Germania invectum, Dani jam pridem laudabili inſtituto deſeruerunt; hunc librum Arnas Magnæus contulit cum ſerico heteromallo ſupra laudato, & differentias adſcripſit, qvæ plerumqve aliqvanto deteriores ſunt, qvam lectiones ipſius Codicis, unde, qvis cui ex illis duobus præſtet, facile dignoſcete eſt.

Cæterum qvid in univerſum diſtet inter Codices A. & B. ipſe Lector inſpicere & dijudicare poterit ex ipſis varietatibus lectionum diligenter â me collectis, unam inſtar omnium diſcrepantiam ſingularem hic adnotaſſe ſufficiat; ea eſt ab initio hiſtoriæ appoſitio non parva de Helgio Macro usqve ad Ingialldi mentionem, â qvo Membran. & omnes Libri A. ſuum textum ordiuntur.

Hæc erant fere, qvæ tuâ & meâ cauſſa te præmonendum exiſtimavi, mi Lector! valeas ergo plurimum, & meos conatus æqvi boniqve conſulas.

Scripſi Havniæ
VIII. Calend. April. M. D. CCLXXXVI.

G. PETERSEN.

VIGA-

VIGA-GLUMS SAGA,

SIVE

VITA VIGA-GLUMI.

I. Cap.

1 (*a*) Ingialdr het madr ſon Helga hins Magra, han bió at
þuerá í Eyiafirdi; han var forn Godorz-madr; ok Höf-
2 díngi mikill, ok þá alldradr, er ſagan gerdiz: han var kvon-
gadr madr, ok átti ij ſonu Steinolf ok Eyiolf; þeir voru
3 menn (*b*) vel mannadir, ok frídir ſýnum. Ingialdr var einlyndr,
ok fálátr, údæll, ok faſt-tækr: han lagdi lítinn hug á kaup-
menn, villdi ecki yfir ſer hafa þeirra oſſa, ok ef han girntiz
af kaupmönnum nockut at (*c*) hafa, þá ſendi han adra
menn (*d*) til, en fór eigi ſiálfr.

Skip

(*a*) *Hiſtoriam hoc additamento ordiuntur B. 1 ad 5:*

Helgi het madr, ok var kalladr Helgi hinn Magri, han var ſon Eyvindar Auſtmans ok Ráfavrtu (Rafvörtu et in Marg. Ráförtu B. 2.) Dóttur Kiarfals (Kiaruals B. 5.) Ira kóngs. Helgi átti þórunni hyrnu, dottur Ketils Flatneſs, ſonar Biarnar Bunu, herſis í Noregi, han var ríkr ok kynſtórr (Höfdingi - - - ſtór B. 4.) ok bió í Raumsdal í Raumdæla fylki, þat er milli ſudmærar *(ita etiam B. 3. ſed* ſúdr-mærar *B. 2, 4, 5.)* ok nordmærar. Helgi hinn Magri nam Eyafiörd allan frá Siglu-neſi, biuggu þau þórunn Hyrna kona hans í Kriſts-neſi í Eyafirdi, ok eru frá þeim komnir Eyfirdíngar; þau áttu þann ſon er Ingialldr het, han bió at þverá í Eyafirdi, ſem nú er kölllud Múka-þverá, han var &c. i. e. *Helgius dictus eſt homo cognomento Helgius Macer, ille erat filius Eyvindi Oſtmanni, & Rafortæ (rectius Ráfortæ) filiæ Kiarvali Hiberniæ Regis. Helgius habebat in matrimonio Thorunnam Cornutam filiam Ketilli* (Catulli) *Simi, filii Biörni Pedonis*

Cap. I.

Erat vir nomine Ingialldus Helgii Macri filius, prædium Thvera 1
in Eyiafiördo ſitum incolens, *) *priſcus Pontifex & magnus*
optimas tempore, qvo hæc contigerunt, annis vergens. Habuit 2
uxorem & duos filios, Steinolfum & Eyiolfum, utrumqve artibus
virilibus bene inſtructum, & ab aſpectu decorum. Ingialldus erat ſin- 3
gulari ingenio præditus (homo ſui cerebri), ſubtriſtis, pervicax,
tenaxqve propóſiti. Mercatores illi parum curæ erant, nolebat (enim)
eorum inſolentiam impotentiamqve animi ſuſtinere, & ſiqvid (mer-
cium) ab iis deſideraret, aliis negotiatum miſſis, ipſe domi ſe
continuit.

Æſtate

ſatrapæ Norvegi; ille (Ketillus) erat vir potens & magno genere oriundus, habitabatqve in Römsdalo in Römdalenſium provincia, qvæ eſt inter Sunnmæriam & Nordmæriam. Helgius Macer (coloniis) occupavit Eyafiördum univerſum uſqve a Siglu-neſo. Ille & Thorunna uxor ſua Chriſtneſi habitarunt; ab iis orti ſunt Eyafiördenſes; ſuſtulerunt autem filium nomine Ingialldum (Juvenalem), is habitabat Thveraæ in Eyafiördo, qvod prædium nunc appellatur Muka-thvera, erat autem &c.

(*b*) Vel-mettnir, *magni æſtimati B.* 4. *ſine dubiò corruptum ex* menntir, *qvod idem valet ac* Mannadir.

(*c*) Kaupa *mercari* B. 4.

(*d*) *Voculam omittunt B.* 1 & 3, *pro qva* Ut *ſubſtituunt A.* 3 & 4. ɔ: *emiſit.*

*) Qvales fuerint Pontificatus priſci, tangitur ſub *Godorz-madr* in Indice Vocum.

4 Skip kom (*e*) enn eitt ſumar í Eyiafiörd, Hreidarr het
ſtýrimadr ættſtórr, hann átti (*f*) bú á Vorz í Norvegi manna
5 vaſkaztr, ok vinſælztr. Eyiolfr Ingialldz ſon var opt vid
ſkip um ſumarit, ok áttu þeir Hreidarr mart ſaman í vinf-
engi: Hreidarr ſagdi hönum, at han villdi her viſtazt um
vetrinn, qvadz vera fúſaztr til Ingialldz at fráſögn annarra
6 manna. Eyiúlfr ſagdi födr ſinn eigi hafa þat í (*g*) vanda
7 lagt, en þó lezt han mundu um ſýſla. Ok er han kemr
heim, ræddi han um vid födr ſinn, at han ſkylldi taka vid
ſtýrimanni, ok qvazt ætla gódan dreing vera, ok mikils-
verdan, ok tiáde málit fyri honúm vel um ſtýrimannin.
8 Ingialldr ſvarar, ef þú hefir bodit honum ádr, hvat mun þá
tiá vid at mæla, mun ek þá hlióta fe at koſta, en þú munt
(*h*) hafa ſtarf fyri, ok lezt alldrei út-lendan mann med ſer
9 haft hafa, ok qvaz enn ófúſs vera. Þá ſvarar Eyolfr: eigi er
en vid hönum tekit utan þitt rád: en þat er ok bædi, at ek
hefir litt til ráda hlutaz, ok villtu at ek ráda litlu, ef ſá
madr ſkal her eigi viſt hafa, er ek hefi hegat bodit.
10 Ingialldr ſvarar: nú ſkalltu ok ráda þeſſu, ſem þú vill, at
ſtýrimadr fari hegat vid annan mann, ok vil ek ecki (*i*) á
leggia vid han fyrir þínar ſakir: en þú ſkallt hafa allan ſtarfa
11 fyrir þeim; en ek mun koſtnad framleggia. Han ſegir:
þetta líkar mer vel at ſva ſe. Ferr han annan dag ok hitter
Hreidarr, ok ſegir hönum málavöxt: han lætr vel yfir, ok er
han

(*e*) Enn *omittit* A. 2. *ſed hic exponi poteſt:* ut ſæpius.

(*f*) Godords í Noregi A. 3 & 4, *notanda corruptione librariorum.*

(*g*) Vana B. 1 & 3. *idem.* í vanda ſinn A. 4.

(*h*) Starfa *in gen. maſc. utrumqve eſt rectum, at* Starfi *minus vulgatum.*

Æſtate qvudam, ut ſæpius, in Eyiafiördum navis venit, Guber- 4
nator vocabatur Hreidar, genere nobilis, & prædium in Vorſia
Norvegiæ incolens; vir valde fortis & amicis beatus. Eyiolfus 5
Ingialldi filius per eam æſtatem ſæpe apud navem adfuit; inde orta eſt
inter eum & Hreidarem familiaris amicitia. Hreidar illi indicavit,
velle ſe manſionem hybernam hic (in Islandia) ſibi capere, & maxime cupere
apud Ingialldum eſſe ex aliorum relatione. Eyiolfus regeſſit patrem 6
ſuum id haud aſſveviſſe (exteros per hiemem domo excipere) ſibi tamen
hanc rem curæ fore promittit. Domum redux egit cum patre, ut 7
gubernatorem acciperet, ajens, ſe exiſtimare, eum eſſe virum probum &
magni prætii, atqve negotium gubernatoris bene apud eum peroravit.
Ingialldus, ſi tu, inqvit, eum jam invitaſti, qvid proderit contradicere, 8
mihi ergo pecunia, tibi autem labor impendendus eſt, at negavit ſe
hominem exterum in hoſpitio ſecum unqvam habuiſſe, dixitqve (inde)
ſe adhuc abhorrere. Citra tuum conſenſum, reſpondet Eyiolfus, non- 9
dum receptus eſt ille: ego me eqvidem in regimen domeſticum parum
immiſcui, & tu certe vis meam authoritatem eſſe parvam, ſi homini
a me invitato manſione uti non liceat. In tua ergo poteſtate eſto, 10
inqvit Ingialldus, ut gubernator huc uno cum comite in hoſpitium
immigret; & tua cauſſa nullam ei mercedem (pro hoſpitio) irrogabo;
in iis curandis labor ſit tuus, ſumtus autem meus. Ille ait: placet 11
mihi, ut ita ſit; & poſtridie profectus Hreidarum convenit, & ſtatum
negotii eum edocet; qvo nuncio Hreidar cum applauſu accepto, Ingialldi

E 2 *domum*

A. 2. Þú munt hlióta fyri at ſtanda, *tu pro illa re ſtabis* ɔ: *rei curam & eventum in te ſuſcipias*, *A.* 3 & 4.

(*i*) Aqveda *pretium, vel mercedem (pro hoſpitio) ſtatuam B.* 5.

12 han þagat flutr med varníng ſinn. Ok er þeir höfdu verit eigi leingi, þá verdr Hroidarr var vid, at þar ſkylldi vera Jóla veizla fiölmenn. Ingialldr var fárr vid hann, en þó vel.

13 Einn dag kallar Hreidarr Ingialld í útibúr, þar ſem varníngr hans var inni: han gengr med hönum. Þá mælti Hreidarr, ok bad hann velia af varnínginum þat er han
14 villdi. Ingialldr lez engis gyrnazt fiár hans; en kallar hönum
15 vel fara. Hreidarr ſvarar: ek hefir þó hugleidt nockut, hvat þú þarft af oſs at þiggia; ek hefir komit á nockra bæi her í Eyiafirdi, þá er beztir eru, ok ſe ek eingi herbergi ſlík ſem her. En ſkála búnad hefir þú eigi ſvo gódan, at eigi ſe þvílíkr á ödrum bærum. Han tók þá úr ſínum (*k*) hirzlum ſvo gódan ſkála-búnad, ok gaf Ingialldi, ſem eingi hafdi ádr betri komit híngat til Iſlandz. Ingialldr þackadi hönum vel, ok var nú all gott vinfeingi þeirra í millum. Sídan
16 um vetrinn ſegir Eyiólfr, at han vill utan fara med Hreidari um vorit: han ſvaradi því obrátt: Eyiólfr ſegir, hví villtu
17 eigi flytia mik, lýkar þer eigi vel vid mik? all vel, ſegir han, en lítil mun födr þínum þikia víztar laun mín. En eigi mun ek hönum illu launa at flytia ſon hans á brott er hönum er (*l*) hverr ſómi at, en ef fader þinn lofar þá flyt ek þík giarna á brott, ok kann ek þöck mikla at þú farir
18 þá. Nú biuggu kaupmenn ferd ſína, ok er þeir voru búnir, leitar Eyiólfr enn eptir um utanferd ſína vid Hreidar, han ſagdi hönum ſinn vilia, ok lez eigi vilia geöra í móti födr hans

(*k*) Kiſtum, *arcis*, *B. omnes*.

domum cum mercibus tranſportatus ſuis. Poſtqvam non ita diu com- 12
morati fuerant, Hreidar animadvertit, convivium Jolenſe freqvens
ibi celebrandum eſſe. Ingialldus parum familiariter cum eo verſabatur,
ſed tamen bene.

Qvodam die Hreidar in apothecam a reliqvis ædibus diſcretam, 13
ubi merx ejus ſervabatur, Ingialldum ſevocat. Ille cum eo exiit: tum
Hreidar fatus juſſit eum de mercibus ſuis eligere, qvicqvid vellet.
Ingialldus negavit ſe qvidqvam cupere pecuniæ ejus; ſed tamen benigne 14
eum agere prædicavit. Hreidar reſpondet: animadverti tamen ali- 15
qvid, qvod tibi opus eſt, ut a nobis accipias; veni (enim) in villas
aliqvot hic in Eyiafiördo eas, qvæ optimæ ſunt, nec video ullas ædes
tales, atqve hic, at apparatum cubiculi (aulæorum ornamenta) non habes
ita bonum, ut non ſit talis in aliis villis: his dictis ex arcis ſuis pro-
tulit tam eximium cubiculi apparatum, & Ingialldo muneri dedit, qvo
melior nunqvam antea huc in Islandiam venit. Ingialldus ei magnas
agebat gratias, jamqve exſtitit perbona inter eos amicitia. Eyiolfus 16
hyeme illa indicat, velle ſe eo vere cum Hreidare peregre ire; ille
cunctabatur annuere. Eyiolfus rogat, qvidni me vehere vis? nonne 17
mores meos approbas? Approbo ſane, inqvit ille, at proemium tamen
manſionis meæ patri tuo exiguum viſum iri (credo), etſi ei malam
gratiam non referam filium ejus deportando, qvi ei, omni reſpectu,
gloriæ eſt, qvodſi pater permittit, te lubenter deporto, & magnam tibi
gratiam habeo, ſi tum proficiſceris. Jamqve mercatores ornant iter 18
ſuum, ubi autem illi parati erant, reqvirebat Eyiolfus ex Hreidare de
ſua peregrinatione. Ille ſuam mentem ei expoſuit, negans ſe
adverſus patris arbitrium facere; peregrinationem qvod attineret.

 Deinde

(l) Ein-hverr, *quod uſitate notat aliquis, ſed hic veriſimiliter poſitum eſt pro* ſer-hverr *quisqve A.* 3. & 4.

19 hans um utan ferdina. Sídan ſagdi han födr ſínum farſýſi ſína, ok ſva hverſu farit hafdi med þeim Hreidari. Ingialldr
20 ſagdi, at fáir dreingir mundi ſlíkir ſem Hreidarr, ok med (*m*) þeſsi þinni medferd, ok at (*n*) hans reyndum dreingſkap leyfi ek þer ferdina, ok (*o*) þicki mer betr, þú farir med hönum, enn med ödrum.

II. Cap.

1 Sídan fóru þeir utan, ok komu vid Norveg: Hreidarr baud Eyiolfi marga koſti um viſtartekiur, enn hann villdi eigi þig-
2 gia þat, er hann baud; Hreidarr mællti: hvat villtu þá þinna ráda? (*p*) han ſeigir, eigi veit ek. Þá ſeigir Hreidarr: girnez þú ekki til kónga, edr annarra höfdingia, er þar heimill
3 varr til beini. Þá var Hákon Adalſteins-fóſtri yfir Noregi.
A. C. Slíkum höfdingium ſyniz mer gott at þióna ydr ſtórum
918. mönnum ok likligum til gódrar fylgdar. Eyiolfr ſvarar: van-
4 færr em ek at fylgia kóngum, enn þó kann vera, at þat (*q*) geingiz eptir minum vilia, enn þó neita ek því. Hreidarr ſpyrr: hvat villtu þá? Eyiolfr mællti: hví dregr þú undan at bióda mer til þín: því at þat vil ek? lítill hugr er mer á því, ſegir Hreidarr: Eyiolfr ſpyrr, hví ſætir þat? Hreidarr ſvarar: ek (*r*) nenne eigi at veita þer þat, ſem þer er eigi gott at þiggia, þar er mer þikir þú gódz eins verdr frá
5 mer. Eyiolfr mællti: forvitni er mer á, hví þat ſætir. Þat muntu nú vita verda (ſegir Hreidarr) þó ſamir mer ílla frá at

(*m*) Þeſſari, *omnes præter Mbr.*

(*n*) Hans *addit ſolus A. 2. neceſſario, ut videtur.*

(*o*) Þikia betr *Membr. ſuſpectum.* Mun mer þikia betr. B. *omnes.*

Deinde ille (Eyiolfus) patri aperiebat ſuam navigandi cupiditatem, qvid actum eſſet ſe inter & Hreidarem. Ingialldus dixit paucos viros ſuo judicio Hreidari pares eſſe, & cum hac tua agendi ratione, experta ſimul illius fide concedo tibi iter, imo ſatius duco, ut cum eo eas, qvam aliis.

Cap. II.

D*einde peregre iverunt, Norvegiæqve appulerunt. Hreidar Eyiolfo* 1
multas domicilii capiundi ſortes propoſuit, ille autem admittere noluit
id, qvod proponebat. Hreidar fatus eſt; qvid ergo conſilii capere vis 2
tibi? neſcio, inqvit ille; cupisne, pergit Hreidar, ad reges alioſve
principes viros (adire) qvam in rem noſtrum tibi in promtu eſt auxilium
Tunc erat Haconus Adalſteini Alumnus rex Norvegiæ; me judice, 3
vobis tantis viris, & bonum comitatum promittentibus expedit talibus
principibus miniſtrare. Eyiolfus reſpondet: regum ſatellitio impar 4
ſum, at fieri tamen poteſt, ut id cederet ex mea voluntate; nihilo
minus id recuſo. Hreidar reſpondet, qvid ergo vis? Eyiolfus lo-
qvitur: cur differs me ad te invitare, nam id volo? id animo meo
parum arridet dixit Hreidar. Eyiolfus rogat, qvid id ſibi vult?
Hreidar reſpondet; non poſſum adduci, ut tibi præbeam, qvod te non
juvat accipere, propterea qvod te cenſeo nihil niſi optime de me eſſe
meritum. Eyiolfus dixit, ſcire aveo, qvæ ei rei cauſa ſubſit. Id
ergo nunc, ut ſcias, neceſſe eſt (dixit Hreidar) tamen male mihi con- 5
venit

(p) Fyrſt þú villt ei til Kónga &c. heimill til vor beini, *ſi quidem reges alioſve viros principes adire recuſas &c. A.* 2.

(q) Gegniſt, *expediat A.* 3 & 4.

(r) Neita, *recuſo. B.* 4. neita eigi, *non recuſo. Miſere corruptum librarii in curia. B.* 1, 3, 5.

at ſegia. Bródr á eg mer þann, er Ivarr heitir, vid eigum bádir bú ſaman ok allan fiárhlut, ok unnumzt vid mikit, en vid erum þó eigi ſkap glíkir um þat, at hönum þikia allir Iſlendſkir menn: ſva at þeim er eigi vært (*s*) þar: en hann er í víkíngu hvert ſumar, en þá hann kemr heim, ferr han med Xda mann eda tólfta til mín, ok ſkulu allir þeim þióna, þeir er fyrir eru. Ok munu þeir allir til þín véra ſva (*t*)
6 ílla, at þar er þer at engum koſti vært. Eyiolfr ſvarar: for vitni er mer á hvörſu þeir láta, ok ertu ſaklauſs, ef þú lætr uppi viſtina. Hreidarr ſegir: mer er vant vid Bródr minn, er mer færir giafar þær, (*u*) ſem han færir mer, ok han fær beztar til, at ockur ſkili ecki á um þik. En mer mun þúngt
7 þikia, ef þeir gumſa þik ok ſpotta. Miög villtu þat undan draga, ſegir Eyiolfr, at ek fara til þín: eda hverneg mun han til mín vera, eigi mun han beria á mer? Hreidarr ſeigir: bardaga verra mun þat: han hefir marga vonda menn med ſer, allt þat er þu mælir eda gerir, munu þeir afleidiſs færa fyrir þer. Eyiolfr mælti: eingi ſkapraun er þat, ef madr veit nockud af ádr, er þat (*v*) úvizſka, at bera eigi ſlíkt, ok
8 mun þat ecki vid nema. Hreidarr ſvarar, vandi er þá á bádar hendur: þú ert vinr minn, en han er bródir minn, ok
9 ann ek hönum mikit. Þat (*x*) vard, at han fór heim med Hreidari til viſtar (*y*) á nes, ok þá er Ivars var heim von, þá tók Eyiolfr lod-kápu, ok hafdi hvörn dag, en hann var (*z*) mikill madr, ok ſat hiá Hreidari iamnan.

Cap.

(*s*) Þar er hann er, *ibi, ubi ille eſt. A. 2.* hiá honum *apud eum A. 4.*

(*t*) íller *in adjectivo B. omnes.*

(*u*) *Ita membrana ſola; cæteri tautologiæ ſpeciem vitare volentes, habent tantum,* er hann fær beſtar til.

venit narrare. Fratrem habeo mihi nomine Ivarem: nos rem domeſti-
cam & omnia bona in communione poſſidemus, & multum nos
amamus invicem, ſumus tamen ingenio diſpari in eo, qvod illi inviſi
ſunt homines Islandi, ita ut iis non tutum ſit ibi eſſe: ille autem
qvavis æſtate in piratica abeſt, at ubi redit, accedit in domum meam
cum comitibus X. aut XII, qvibus omnes famulari oportet domeſticos
(meos). Iſti omnes adeo male tecum agent, ut ibi nullo pacto in tuto
poſſis verſari. Eyiolfus reſpondet, ſcire laboro, qvomodo ſe gerant, 6
atqve tu excuſatus es, ſi modo hoſpitium concedis. Hreidar loqvitur:
magnopere mihi obſervandum eſt reſpectu fratris mei, qvi mihi fert
dona, qvalia ille fert, qvæqve optima nanciſci poteſt, ne tua cauſſa
inter nos diſſidium oriatur, at mihi ingratum erit, ſi illi te ludunt
& irrident. Multum tergiverſaris, admittere me in domum tuam, 7
qvomodo autem credis, eum contra me affectum fore? non verberabit
me? Hreidar fatur: verberatione pejus id erit. Habet ſecum mul-
tos homines improbos, qvicqvid dicis aut facis, in pejorem partem
ſument tibi. Eyiolfus dixit: id nulla animi moleſtia eſt (nullum
patientiæ tentamen) ſiqvis qvicqvam de eo ante ſcit, atqve imprudentia
eſt, id non ferre. Neqve obſtabit. Hreidar regeſſit: tum utrinqve 8
premit difficultas, tu mihi es amicus, at ille eſt frater meus, qvem
ego multum amo: res ad eum finem perducta eſt, ut ille cum Hreidare
Neſum domum iret in manſionem. Cum autem Ivar domum exſpecta- 9
retur Eyiolfus togam villoſam cepit, atqve ea uſus eſt qvotidie. Erat
autem magnus ſtatura, & Hreidari ſemper adſedit.

Cap.

(v) Vuizka, *membr. ſcriptio notanda.*
(x) Vard at, *idem omnes præter membr.*
(y) A vors *B. omnes, ſed* á nes *clare A. 3 & 4, atqve ita legit A. Magnæus in A. 1. in membrana tamen lectio non eſt ſincera, nam una litera poſt* N. *eraſa eſt. A. 2. nomen loci omittit.*
in bona Klangi (irritam reddendam) & rogavit tamen, ut hoc ſileretur
propoſitum. Klofus a Bardo reſpondet: volumus ſane Glumo auxilium 7
præbere. Hic uxorem Haldoram habebat filiam Arnoris Rubigenæ,

Halldóru dóttir Arnórs Raudkins, ok margir hetu adrir Glúmi
8 ſínu lidi. Nú fór Glúmr heim: mál fóru fram á þíngi. En eptir þíngit búazt þeir til feráns dóms, ok höfdu iv. ſkip, ok xxx. manna á hveriu ſkipi. Ok redu þeir Einarr ok Þórarinn, ok Þórdr fyri ſkipunum, ok komu innan at
9 eyiunni í nætur ellding, ok ſiá reyk yfir húſum. Spurdi Einarr, hvart þeim ſýndiz ſvo ſem hönum, at reykrinn væri (*q*) eigi all blárr? þeir ſögdu, at þeim ſýndiz ſva. Einarr mællti: ſva líz mer á reykinn ſem fiölment muni vera í húſunum, ok mun af mönnum leggia reykinn, en ef þat er, þá munum ver gera raun til, ok koma undan eyiunni þiódſýnlíga, ok munu ver þá víſir verda, ef fiöl-
10 menni er í eyiunni, ok ſva gerdu þeir. En er eyiarmenn ſá þetta, þá hliópu þeir út ok til ſkipanna, ok lögdu eptir þeim, ok var Glúmr þar kominn med CC. manna, ok elltu þá inn allt at Oddaeyri, ok vard eigi (*r*) háinn feráns dómrinn,
11 ok fengu þeir af uvirding Eyfirdíngar. Sat Glúmr um ſumarit í búi ſínu. Han átti ok at helga hauſtþíng, en (*s*) þíngſtöduin er fyri auſtan fiördin ſkamt frá Kaupángi, ok fiölmentu Eyfirdíngar miök, en Glúmr hafdi xxx. manna eina.
12 Margir töludu vid Glúm, at han ſkylldi eigi fámennr fara. Han ſvarar: lifat mun nú it fegurſta, en vid þat uni ek, at ecki hafa þeir elltann mik, ſva at eigi færa ek rettleidiſs.
13 Glúmr fór á ſkipi inn eptir firdi: ok geck á land, ok til búda, en þar eru melar brattir ok lausgrýttir á milli fiardarins

ok

(*q*) Allblár *A.* 2. *ſolus.*
(*r*) Hafinn, *omnes præter Membr.*
(*s*) Þíngſtadrinn *omnes præter Membr. idem.*

multi alii Glumo ſuam opem condixerunt; qvi his geſtis domum abiit. Cauſæ in foro dijudicatæ ſunt. Poſt conventum autem forenſem 8
univerſalem, iter adornant ad judicium in bona immiſſionis, qvatuor navigiis uſi, & in qvovis XXX. viris; Einar Thorarinus & Thordus navigiis præerant. Sub ipſum diluculum appellunt ad partem inſulæ interiorem, & obſervant fumum ædibus ſuper incubantem. Einar 9
interrogavit: an iis videretur, ut ſibi, fumus non admodum cæruleus? Dixerunt: ita ſibi videri. Einar fatus eſt: talis mihi apparet fumus ille, qvaſi freqvens hominum multitudo in ædibus ſit, & credo fumum ex hominum exhalatione proficiſci, qvod ſi ita ſe habet, periculum rei faciemus ab inſula propalam remigando, ita fiemus certiores, ſi hominum multitudo in inſula adeſt; ita factum eſt. Hoc 10
viſo inſulani raptim ex ædibus ad navigia currunt, & iis in eos invehuntur; aderat autem ibi Glumus CCXL. virorum manu ſtipatus: inſectati ſunt eos intro usqve ad Oddeyram. Judicium immiſſionis ad executionem non venit: qvæ res Eyiafiördenſibus ignominiæ ceſſit. - -Reſiduum æſtatis Glumus domi ſuæ conſedit. Ac- 11
cidit etiam, ut Glumus pro officio deberet inaugurare conventum forenſem autumnalem. At forum iſtud ſitum eſt ab oriente ſinus haud longe a Kaupangi (emporio). Huc Eyiafiördenſes numeroſam manum duxerunt. Glumus vero uſus eſt XXX. comitibus ſolis. Multi 12
monebant Glumum, ne infreqvens iret. Ille reſpondebat: pulcherrimum ætatis ſine dubio jam exactum eſt, in eo autem acqvieſco, qvod illi me nunqvam fugarunt ita, ut recta non iverim. Glumus in ſinum interio- 13
rem navigio vectus, egreſſus in terram eſt ad tabernaculum. Ibi autem ſunt tumuli aſcenſu ardui & labili glarea obſiti ſinum inter &

 taber-

14 ok búdanna. En er Glúmr kom (*t*) gagnvert búd þeirri, er Einarr átti, þá lupu menn frá búdunum, ok þáru ſkiólldu at þeim, ok hrundu þeim af melunum, ok fell Glúmr, ok velltiz med ſkiölld ſinn á eyrina ofan, ok vard ecki ſárr, en iij.

15 ſpiót hafdi fez í ſkilldi hans. Þórvalldr Taſalldi var þá kominn at landi, ok ſá at Glúmi horfdi þá úvænt, ok hlióp ſva á land, at han tók ár í hönd ſer, ok rann í melinn upp, ok ſkaut árinni til Gudmundar ríka, ok kóm á ſkiölldinn, ok gekk han í ſundr, ok kom (*u*) árar hlunnrinn fýri brióſt hönum, ok fell han í óvit, ok var borinn í fiórum ſkautum

16 til búdar. Sídan eggiudu hvarir adra til atgaungu, ok ſkutuzt á, ok börduſt grióti, ok vard hörd hríd, ok urdu margir ſárir, ok allir ſögdu á eina lund, at eigi mátti fáir menn vaſkligar beriaz, enn þeir Glúmr; þeir Einarr ſóktu at faſt, þá gengu menn á milli, ok lauk ſva, at ij menn fellu af Glúmi. Klængr Narva ſon, ok Grímr Eyrarleggr bródir Halldóru konu Glúms. Þá qvad Brúſi Halla ſon víſu þeſa:

Höfum ver (*v*) af vígum,
Veit ek ord á því borda,
Stóds vid ſtýri meida,
(*x*) Stafn göndul, hlut iafnan.

Þó

(*t*) Gagnvert *libri omnes præter Membr. idem magis vulgatum.*

(*u*) árar-hlutrinn, *Membr. pars remi:* annar hlutrinn *A.* 3 & 4. *altera pars, iidem nuper poſuerunt* aur, *ſapitta pro* ár, *remus.* árar hlumnrinn *B.* 5. *qvam ſcriptionem vocis qvidam contendunt eſſe meliorem, qvam* hlunnr.

(*v*) Veg *addit. A.* 5.

(*x*) Stafn-göndil *A.* 2, 3 & 4.

tabernacula. Cum autem Glumus veniret e regione tabernaculo Einaris, 14
viri e tabernaculis proruebant, & admotis clypeis *) *eos e glaretis*
detrudebant. Glumus lapſus eſt, & una cum clypeo ſuo in actam devol-
vebatur, tamen nullum vulnus accepit; tria autem pila clypeo ejus
infixa erant. Thorvalldus Taſalldus eodem inſtanti navim ſuam ad 15
terram applicuerat. Et videns Glumum in diſcrimine verſari, ita
exſiliit in terram, ut caperet ſibi remum in manum; deinde ſurſum
in clivum ſe conjecit, & emiſit remum in Gudmundum potentem, qvi
exceptus eſt clypeo, atqve eum disrupit, manubrium autem remi pectus
adverſum perſtrinxit Gudmundo, & ille in animi deliqvium cecidit,
atqve panno impoſitus in qvatuor laciniarum cornibus (a qvatuor homi-
nibus ſingulis ſingula cornua tenentibus) ad tabernaculum portatus eſt.
Tum alteri alteros ad pugnam provocarunt, jaculisqve & ſaxis ſe 16
invicem inceſſebant. Unde magna exſtitit dimicatio, & multi vul-
nerati ſunt. At omnes unum judicium ferebant, paucos homines fortius
ſe defendere non poſſe, qvam Glumus cum ſuis feciſſet. Einar (qvo-
qve) cum ſuis valide impugnabat. Tum interceſſione facta eo evaſit
certamen, ut duo viri a Glumo caderent, nempe Klaugus Narfii filius
& Grimus Eyrarleggus, frater Haldoræ uxoris Glumi. Tum Bruſius
Hallii carmen hoc pepigit:

Pepli faſtigiati bellona!
Æqvalem ſortem obtinuimus e pugna
Adverſus tabularii eqvitii rectores;
Scio ita hominum eſſe ſententiam.

 Verum

*) Clypeorum impulſu tam ex adverſo, qvam ab lateribus Glumum cum ſuis retrotrudebant.

Þó hyck (*y*) fur vidu fóru
(*z*) Fleygardz, en mik vardi,
(*æ*) Beidi hlöck, fyri brecku
Bliks hardara miklu.

17 Einarr qvad víſu:

Þraunguer vard á þíngi
Þremialinns at rinna;
Varat iala eli
Audlattr fyri mel brattan.
Þá er marſtettar máttit
Mæfils vid þraum ſæfar
(*ö*) Geiraniótr á grióti
Geſtels klauf of feſta.

18 Þá qvad Glúmr víſu í móti:

Lattiz herr med (*a*) hættu
Hángatýſs at gánga.
(*b*) Þó tiáir þeim at hætta
Þeckiligt fyri brecku.
Þá er dynfúſar díſir
(*c*) Dreyra ſvellz á eyri,
Breid óx brögnum mæda,
(*d*) Blóds ſkialldadir (*e*) ſtódum.

(*f*) Sva

(*y*) Firi vidu *A.* 2. fer vid fiöru *A.* 3 & 4. for vid *B.* 1 & 3. for vidu *B.* 4. Forvidu *B.* 2. for vida *vel* för vida. *B.* 5.

(*z*) Fleigaſt, fleigarſt, fleygarſt *B. omnes.*

(*æ*) Beydi *A.* 2 & *B.* 5.

(*ö*) Geyrimóti *A.* 3 & 4. geyra mót *A.* 2.

Verum tamen opinor
Exercentes ignem valli navalis (viros)
Fulgoris cupida nympha! dejectos eſſe
De clyvo multo celerius, qvam ſuſpicatus eram.

Einarus carmen pepigit: 17
Adactor acierum ligni (ſerpentis) ɔ. *gladii*
In conventu coactus eſt fugere;
Non erat in Aulii procella (prælio)
Facilis retardatu deſuper e glareto arduo.
Cum Odiniani ignis compos non potuit
Ad crepidinem maritimam
Figere ungulam fiſſam in ſaxeto
Apud eqvi piratici ſtabulum ɔ: *portum.*
Tum Glumus contra carmen protulit: 18
Detrectabat agmen cum cidari
Odiniana incedere
Tamen iis grata facultas ſuppetebat (vel)
Non viſum eſt iis jucundum
Deſcenſum de clivo periclitari;
Cum in litore deprehendimus
Sangvineis tecti clypeis
Cruentæ glaciei ſtrepitus cupidine ardentes deas;
Amplus labor viris (in opione) auctus eſt.

Cauſæ

(*a*) Hætti *B. omnes;* hauttu *A.* 2. *&* *Edda.*

(*b*) Þótt *A.* 2. Þóttit *Edda, qvod unice rectum.*

(*c*) Dreyr-ſvellz *B. omnes;* dregra-ſvell (dreyra ſvell) *A.* 3 *&* 4.

(*d*) Blód-ſkulldadir *A.* 2.

(*e*) Stodve *A.* 3 *&* 4.

19 (*f*) Sva var ſett málum at í fadma fellz víg Klængs, ok Þórvalldz úr Haga, þat var ok iafnt látit víg Gríms Eyrarleggs, ok áverki vid Gudmund, ok undi Glúmr ílla vid málalok, ſem han qvad í víſu þeirri, er han orti ſídan:

Illt er á jörd (*g*) of ordit,
Alldr (*h*) bölnar miök ſkálldi
Lidit er meſt it meira
Mitt líf hedins drífu:
Er (*i*) óvegins eigi
Eyrarleggs fyri ſeggium
Gríms í göndlar (*k*) flaumi
Gefnar má ek of hefna.

XXVIII. Cap.

1 Þat var eitt ſumar, er þeir ridu af þíngi brædr Gudmundr ok Einarr, at Glúmr baud mönnum til ſín, ok ſendi menn upp til Öxnadals heidar, at bióda þeim brædrum heim, ok lez vilia, at nú ſættizt þeir heilum ſáttum; því at ek em nú fyrir elli ſökum til engis færr, ok man ek þeim eigi til
2 matar eins bióda. Glúmr var þá (*l*) ſiónlauſs; han let vörd hallda á um ferd þeirra. Gudmundr villdi þiggia bodit, en Einarr eigi, ok reid ſínum megin ár hvarr þeirra, var Glúmi ſagt, at annarr flockrinn reid þángat. Þá mun Einarr eigi

vilia

(*f*) Lauk ſvo málum *A.* 3 *&* 4. *ita lis finiebat.*

(*g*) Af *B.* 1 *&* 3.

(*h*) Bölvar *B.* 4. *in Membrana incerta eſt lectio an* bolvar *ſit an* bolnar; *Auſgeirus legit* bolvar *in ſuo exſcripto.*

Cauſæ ea lege componuntur, ut cædes Klængi & Thorvalldi de Hagio 19
inter ſe æqvipollerent: cædes autem Grimi Eyrarleggi & plaga Gudmundo potenti illata æqviparata ſunt, qvem cauſæ eventum Glumus ægre tulit, ut cecinit in carmine, qvod poſtea pepigit:

Moleſtum in mundo (vivere) factum eſt,
Vita oppido calamitoſa (ætas debilis) fit poëtæ:
Mea validior ætas militaris,
Maximam partem præteriit.
Cum non valeo ulciſci
Grimum Eyrarleggum,
Viris cedere neſcium,
In perplexa Freyæ turba.

Cap. XXVIII.

Erat qvadam æſtate, fratribus Gudmundo & Einare a comitiis re- 1
vertentibus, ut Glumus convivas ad ſe vocaret, nunciosqve ſurſum ad teſqva Öxnadalenſia mitteret, qvi memoratos fratres ejus nomine invitarent, prædicans velle ſe, ut nunc in totum conciliarentur ſecum, nunc enim præ ſenectute ad nullam rem valeo, neqve ad ſolum cibum eos invitabo. Tum Glumus viſu orbus erat. Subornavit autem, qvi 2
curſum eorum obſervarent. Invitationem acceptavit Gudmundus, non autem Einar, unde ſuam ſinguli amnis ripam ſeparatim legebant. Glumo nunciatum eſt, alteram tantum cohortem eo adire. Adeo (inqvit ille)

(i) óneigins *B. omnes;* óvegnis *A.* 2, 3 & 4.

(k) Flámum *A.* 2. *corruptum ex* flaumi.

(l) Hartnær ſiónlaus *B.* 5. *fere coecus.*

vilia þiggia bodit, han er ſva tortryggr, at han trúir eingum
3 manni. Þat er ſagt, at Einarr kallar á Gudmund, ok mællti:
(*m*) Þar mun ek koma á morginn, ef þú kemr í kvölld, en
Gudmundr huxadi þat, er han mællti. Þá man þat ætlan þín,
(ſegir han), at þú munir eiga at mæla eptir mik, ſnýrr han
4 nú eptir Einari. Þetta er ſagt Glúmi, at hvargi ſnýrr þángat.
Þat er ílla þá, qvad Glúmr, því at þat hafda ek ætlad, ef
ek gengi móti þeim, at ek ſkyllda eigi beggia miſsa: han
hafdi ſverd brugdit undir ſkickiu: ok voru þau lok vidſkipta
5 þeirra Glúms, ok Eyiafirdínga. En þá er kriſtni kom út híngat,
A. C. tók Glúmr ſkirn ok lifdi iij. vetr ſídan, ok var byſkupadr í
1000. bana ſótt af (*n*) Kol-Byſkupi, ok andadiz í hvítavodum. Þá
6 bió Marr Glúms-ſon í Forn-haga, ok hafdi þar látit kirkiu
A. C. gera, ok var Glúmr þar jardadr, ok ſva Márr, þá er han andadiz.
1003. Ok mart annarra manna, því at lángá hríd var engi kirkia í
7 Hörgárdal, nema ſú ein. Þat er mál manna, at Glúmr hafi
verit xx. vetr meztr Höfdíngi í Eyiafirdi; en adra xx. vetr
engvir meiri, enn til iams vid hann; þat er ok mál manna, at
Glúmr hafi verit bezt um ſik (*o*) allra vigra manna (*p*), ſem
her hafa verit á landi. Ok lýkr þar ſögu Glúms.

VERBA

(*m*) Þá *A.* 2, 3 & 4. *tum.*

(*n*) Kolbeini *B.* 5.

ille) Einar invitationem repudiat, ille adeo diffidens ut nemini fidat. Fertur Einar ad Gudmundum clamaſſe, ita dicens; cras eo venero, ſi 3
tu venis veſperi. Gudmundus autem dicta hæc ſecum rimatus; ſcilicet, inqvit, tua opinio eſt, qvod meis manibus parentandum tibi ſit. Mutato 4
ergo veſtigio Einarem ſeqvutus eſt. Hoc narratur Glumo neutrum eo curſum advertere. Male id evenit, inqvit Glumus, ſperaveram enim, ſi iis adverſum ambularem, me ambos non eſſe amiſſurum. Geſtaverat autem ſub toga ſtrictum gladium. Hic exitus erat controverſiarum Glumum inter & Eyfiördenſes. Verum chriſtiana reli- 5
gione huc introducta, Glumus baptizatus eſt, & ex eo vixit tres hiemes, & in morbo ſuo lethali a Kolo Epiſcopo epiſcopatus (confirmatus) in albis exſpiravit. Tunc temporis Marius villam Fornhagium (ſeptum 6
paſcui vetus) incoluit; atqve ibi templum exſtrui fecerat, ad qvod templum Glumus & item Marius, cum ille obiret, humati ſunt, præter multos alios; diu enim erat, ut nullum aliud templum in Hörgardalo exiſteret præter qvam illud unicum. Fama eſt Glumum XX. hyemes 7
ſumma, at alias XX. hyemes nulli ſe ſecunda in Eyiafiördo dignitate & auctoritate floruiſſe. Itidem fama eſt, qvod virtute bellica in primis valuerit in hac inſula. Hic vita Glumi ad finem perducta eſt.

(o) Allmargra manna *A.* 2, 3 & 4. (p) á hans dögum *addit B.* 5. *ſua ætate. plerorumqve.*

VERBA CARMINUM

ita in

ordinem proſaicum, qvem verſio qvantum poteſt, proxime ſeqvitur, redacta ſunt, illuſtrationes vocum & phraſium ex indice petendæ.

Cap. VII. v. 1.

Mendaull! hinn græni gardr geingr nærr mer ok mínum hinum öllum en oſs ofvardi; Þverr (þar) vid glaum. Verdr hardla ſkotad mínum födrarfi. Her tíni ek þat (mínum) hródr. Munat ek enn ſtarflarſs um ſtála ſtyr.

Cap. IX. v. 3.

Ek ſá und hólms hiálmi, (þú) Iſúngs Iörd! fíra-díſi fara at Eyiafyrdi í miklum hauks auka, þá at ſú fólkvandar felligudur þótti mer dóms í draumi ſtanda biöd med dals-ótta fiöllum.

Cap. XXI. v. 7.

Eigi ſofna ek ſætan í þeima ofnis ysheims-bæ; ölldu elld-vidum munat audbætt vid mik, ádr göndlar grindlogi gellr meirr nockurum þeirra í hattar-felli. Opt vá ek mann of minna.

Cap.

Ibid. v. 8.

Hardgerdr niördr dyn-húna Limafiardar let mik bardan hardſteini; þat ſá doms í draumi: en ek þóttumz í ſvefni þrá-dráttar þióſti keyrdr ſteini of lióſta ſnarr beinanda ſævar-hrafns.

Ibid. v. 10.

Menſtiklir ſá mikla godreid: mun ſverda brak verda. Komin er grárra geira kvedia af tröd, þar er vigmódar Oſyniur eggmóts of för ióſu fram ſeggia blódi. Vinir fagna því vagna.

Cap. XXIII. v. 18.

Víns-hirdis ſif ſpyrr at mínum virkis verkum; (erat manna máli mord) þau voru fördum. Liggr þeim er hrafn of huggar herveig, talit gerva. Munat láta málin ſva myrk, at ſem fæſt um yrkium.

Cap. XXVI. v. 11.

Rudda ek mer til handa (landa) ſem Iarlar, ord lek á því fordum, med vidris vandar vedr-ſtöfum. Nú hefi ek val þögnis um ſidir vegna mer úr hendi yrrarſkíds bendis breida iörd med baurdum.

Ibid. v. 12.

Mál er en, menbriótandi! (at) hlióta munat ſælu: oſs kom breidr í búdir böggr af einu höggi, þá er ver ſátum marar full-kátir, fleymó-grennir (at) nú er ſextigu vetra ok fióra minna mett (mitt).

CAP. XXVII. v. 16.

Stafn göndul! ver höfum iafnan hlut af vígum vid borda-ſtods-ſtýri meida; ek veit ord á því, þó hyck fyrvidu fleygards bliks beidi-hlöck! fóru miklu hardara fyri brecku en mik vardi.

Ibid. v. 17.

Þraungvir þremia-linns vard at rinna á píngi: varat aud-lattr fyri mel brattan í ála eli; þá er geſtills-geira-niótr máttit vid þraum ſæfar of feſta klauf á grióti mæfils marſtettar.

Ibid. v. 18.

Lattiz herr at gánga med hættu Hángatýſs; þó tiáir þeim (þóttit þeim *rectius*) þeckiligt, at hætta fyri brecku: þá er á Eyri ſtódum blódſkialldadir dreyra ſvellz dyn-fúſar díſir, breid óx braugnum mæda.

Ibid. v. 20.

Illt (lif) er á iörd of ordit; alldr bölnar miök ſkálldi; mitt id meira hedins drífu líf er meſt lidit: er ek má eigi of hefna Grims Eyrarleggs óvægins fyrir ſeggium í göndlar flaumi gefnar.

INDEX

INDEX I.

RERUM UNIVERSALIUM ET MAXIME MEMORABILIUM, IMPRIMIS QVOD AD VETERUM RITUS ET INSTITUTA ATTINET, QVÆ IN HAC HISTORIA OBVIÆ SUNT.

A.

Acute-dicta (*proverbia*) Cap. *XXIII. Verſ.* 10, 11.

Adagia, *vid. Proverbia & Apophthegmata.*

Agricultura, *Cap. VII. verſ.* 6 & 8. *idem Cap. VIII. v.* 5 & 7.

Agrorum *Diviſio, in uſurpatione alternis annis conſiſtens, (cujus veſtigia adhuc exſtant in Norvegia, vid.* Stroms Sundmørs Beſkrivelſe) *Cap. VII. v.* 6.

Albæ, *veſtimentum in morbo confirmatorum*, Cap. *XXVIII. v.* 5.

Amor *mutuus coalumnorum in pueritia*, *Cap. XII. v.* 1, 2. *Cap. XX. v.* 2, 12.

Amor *falſo ſuſpectus, vid.* Zelotypia.

Apophthegmata, *vid.* Acute-dicta.

Armilla *a jurante in Fano geſtanda*, *Cap. XXV.*

Aulea Cubicularia, *Cap. I. v.* 15. *Cap. XIV. v.* 2.

B.

Balneæ *& earum vectura Cap. XXVII. v.* 3.

Balneæ *ſubdiales, vid.* Thermæ.

Berferki, *eorum inſolentia & violentia*, *Cap. IV. v.* 4. *Cap. VI. v.* 5. *ſeqv.*

C.

Cerevifiæ *coctio, vid.* Polenta.

Certamen ſingulare *Cap. IV. vid.* monomachia.

Certamina eqvina *Cap. XIII. v.* 1. *ſeqv. idem* 16. *ſeqv. Cap. XVIII. v.* 6.

Characteres *perſonales Cap. I. v.* 3. 6.

Cine-

Cimelia *religioſa Cap. VI. v.* 12. *vid.* Superſtitio

Communio *bonorum inter fratres Cap. II. v.* 5. *idem Cap. III. v.* 9. *id.* 16.

Confirmatio *ægrotorum Epiſcopalis Cap. XXVIII. v.* 5.

Contemtus *verberibus peior Cap. II. v.* 7. *Norvegorum in Islandos vid.* Norveg.

Contumeliæ *prævuſæ patienter ferendæ, Cap. II. v.* 7.

Convivia reciproca *Cap. III. v.* 7.

— Convivarum *per dodecates diſpoſitio Cap. IV.*

— Symbolica *Cap. XXI. v.* 1.

— Jolenſia *Cap. III. v.* 7.

— Religioſa *Cap. VI. v.* 4.

Crimen *peculii invidioſe appetiti Cap. IX. v.* 10.

Cultus *deorum Cap. V. v.* 8. *Cap. I. v.* 4. *Cap. IX. v.* 13.

D.

Deductio *hoſpitis in viam Cap. XIX. v.* 3.

Denominationis *filiorum a matribus ratio Cap. X. v.* 1.

Dextræ *datio in pactis nuptialibus Cap. XI. v.* 7.

Dica *mortuo dicta Cap. IX. v.* 7. *Cap. XXII v.* 7. *ſeqv.*

Dona *piratarum redeuntium ad amicos, Cap. II. v.* 6.

Duellum *vid.* Monomachia.

E.

Eqvitia *Cap. XII. v.* 5.

Eqvuleus *oricalchicus Cap XII. v.* 2.

Exſecutio bonorum *fruſtra tentata Cap. XXVII. v.* 10.

F.

Fanorum *ſanctitas Cap. XIX. v.* 15. 16.

Felicitas *tanqvam diva tutelaris conſiderata Cap. IX. v.* 2, 3.

Fiörbaugs madur *ejus conditio tangitur Cap. XIX. talibus non licuit eſſe in locis, ubi fana erant.*

Fiörbaugs gardur *Cap. XXIV. v.* 8.

Freyeri *vultus auctoritas & gratia Cap. XIX. v.* 16. *Cap. XXVI. v.* 3. *Cap. V. v.* 8.

Funerum *curatio Cap. XXVIII. v.* 7, 12.

G.

Genii *familiares Cap. IX. v.* 2, 3.

H.

Haſtæ *aureo manubrio Cap. VI. v.* 2. *in impetu faciendo prælatæ vel prætentæ Cap. XXIV. v.* 10.

Hæreditatis *diviſio Cap. V. v.* 3.

Homicidium *qvalificatum Cap. XXVIII. v.* 6.

I.

Ignis *in fundum illatio ejus ſibi vel ſuis appropriandi ſymbolum Cap. XXVI. v.* 10.

Inauguratio *conventus forenſis, Cap. XXVII. v.* 11.

Interdictum *Rei ne judicium fiat*, *Cap. XXIV. v.* 10.
Indicium *turbulentum*, *Cap. XXIV. v.* 10 *& ſeqv. nocturnum*, *Cap. XXIV. ib.*
— *Judicii circulus*, *ibid.*
— *Judicii clivus*, *ibid.*
— *Exceptio contra judicium a tempore ſumta*, *ibid.*
Juramentum Tólftar Qvidr, *Cap. XVII. v.* 6. *Cap. XVIII. v.* 1, 2, 3.
— *ad tria fana in una eademqve cauſa*, *Cap. XXIV. v.* 12.
— *ceremoniæ talis juramenti*, *Cap. XXV. v.* 5. *Formula Cap. XXV. v.* 6.

L.

Lacrymæ *portentoſæ*, *Cap. VII. v.* 17.
Lavacra *calida vid.* Thermæ.
Leges *de vectura balenarum*, *Cap. XXVIII. v.* 3.
Legum *mentio*, *Cap. XXIII. v.* 13. *vid.* Monomachia.
Limes, *ejus motio injuſta*, *Cap. VII.*
Lis *eadem ter reaſſumta*, *Cap. XXIII. v.* 7. *Cap. XXIV. v.* 6. *ſeqv.* 12. *Cap. XXV. v.* 8. *ſeqv. Cap. XXVI. v.* 1, 2, 3, 4.
Luctæ *certamina*, *Cap. XII. v.* 1, 3. *vid.* Ludi.
Ludi *eqvini*, *vid.* Certamen, *Cap. XIII. v.* 11.

M.

Medicina *mulierum*, *Cap. XXIII. v.* 5, 12.
Mercatorum *Norvegorum inſolentia*, *Cap. I. v.* 3.
Mercatura, *Cap. XI. v.* 1. *Cap. XVII. v.* 2. *Cap. XX. v.* 3.
Monomachia *ſummi rigoris*, *Cap. IV. v.* 4. *inde redemtio ſaucii ex arena duelli qvinqve marcarum pretio æſtimata v.* 16.
Mulierum *peritia & prudentia*, *Cap. X. v.* 1. *Cap. XXIII. v.* 5, 7, 12.
— *Auctoritas*, *Cap. XXVI. v.* 10.

N.

Norvegorum *qvorundam odium & contemtus in Islandos Cap. II v.* 5, 7. *Cap. III. v.* 2, 3, 4, 5.

O.

Odium *inter coalumnos*, *Cap. XX. v.* 4. *&* 10.
— *Ejus exitus triſtis Cap. XX. v.* 3.

P.

Pallia, *vid.* Veſtimenta.
Pecuaria *res*, *Cap. XIV. v.* 4. *Cap. XVIII. v.* 3.
Piratica, *Cap. II. v.* 5. *Cap. IV. v.* 3.
Piſcatura, *Cap. XXVII. v.* 3.
Polentæ *uſus*, *Cap. XI. v.* 7, 8, 9.
Pontifices *provinciales l. curiales*, *Cap. XXIV. v.* 6.
Pontificatus *priſci*, *Cap. I. v.* 1.
Proceſſus *judicialis*, *vid.* Judicium. *Cap. IX. v.* 7. *c. XIV. v.* 9, 10. *ſeqv. c. XVII. v.* 6. *c. XVIII. v.* 9. *c. XIX. v.* 14, 15. *c. XXI. v.* 11. *c. XXII. v.* 6. 7. *c. XXIV. v.* 6 *&* 8. *ſeqv.*

Prodigium *mortis*, Cap. XIX. v. 3.
Proelium, *vid.* Pugna.
Proſcriptus *ex relegato* Cap. XIX. v. 15. *iis non licuit verſari in ſanctis locis ibid. vid.* Fiörbaugsmadur.
Proverbia Cap. IV. v. 8. *vid.* Acute dicta. c. VII. v. 11. c. VIII. v. 9. c. XIII. v. 13. c. XXI. v. 9.
Proſopographia *vid.* Characteres perſonales.
Puerorum *educatio* Cap. XVII. v. 2.
Pugna *ad Eſpiholum* Cap. XI. v. 14.
— Hriſateigenſis Cap. XXII. v. 17. c. XXIII. *ſeqv.*
— ad Kaupang Cap. XXVIII. v. 14. *ſeqv.*

R.

Relegatus *vid.* Fiörbaugsmadr.
Repudium *uxoris a viro*, Cap. XVI. v. 1. *& viri ab uxore*, Cap. XXI. v. 4.
Riſus *hominis irati & cædes cogitantis*, Cap. VII. v. 17. XVIII. v. 10.

S.

Sacrificia, Cap. IX. v. 13.
Scuti *pro ſe tenendi uſus a bellatore contemtus*, Cap. IV. v. 6.
Servi *oeconomiam procurantes*, Cap. VII. v. 13.
Servorum *fides*, Cap. XXIII. v. 3.
Servile *pretium V. marcæ in Islandia, videtur ironice dictum*, Cap. IV. v. 8.
Somnia, Cap. IX. v. 1. XXI. v. 8, 9.
Sortes *de confeſſu in convivio*, Cap. IV. v. 1. *vid.* Convivia.
Suum *mentio*. XVIII. v. 3.
Sylvæ, Cap. XIX. v. 1, 2.

T.

Thermarum *mentio*, Cap. XI. v. 8.
Tólftar qvidr *vid.* Juramentum.
Transactio *privata controverſiarum*, Cap. IX. v. 10. XI. v. 4. *ſeqv.* XXVI. v. 4.

U. V.

Vates *& Vaticinia*, Cap. VI. v. 12. XII. v. 4, 5. *ſeqv.* XXI. v. 4.
Vehiculi *mentio*, Cap. XXIII. v. 12.
Veſtimenta, *toga villoſa vel pallium hirſutum*, Cap. II. v. 9. VI. v. 2. VIII. v. 5, 6. XIV. v. 11. XVI. v. 6, 7. XIX. v 5. XXIII v. 1.
Viſio *vigilantis*, Cap. XIX. v. 4.
Urſus *ſylveſtris vel ferus, nondum factus homicida*, Cap. III. v. 13.
Uxoria *res & petitio*, Cap. IV. v. 10. X. v. 2, 8, 9. XI. v. 2. *ſeqv.* XI. v. 16 *ſeqv.* XV. v. 4.

Z.

Zelotypia Cap. XX. v. 4. XXVI. v. 4.

INDEX

INDEX II.

SIVE

BREVIS

CHRONOLOGIÆ CONSPECTUS

IN

HISTORIAM VIGA-GLUMI

cujus

Fundus eſt Annus cædis Sigmundi Thorkilli *filii Cap. VIII, qvi ſecundum fidem Exſcripti Annalium Flateyenſium in Biblioth. A. Magn. in forma 4ta No* 425, *conſtituitur* 942, *at ſecundum aliud Annalium fragmentum Chartaceum adſcribitur cædes* Sigmundi *Anno* 944: *prius ut fundamentum plauſibilius ſecutus ſum, innixus authoritate Glumi ipſius in Carmine ſuo poſteriore Cap. XXVI, Stroph. Carm.* 5. *ſeqv. collato cum calculo Fragmenti Annalium Membranei in eadem Bibliotheca* No. 415 *forma* 4ta, *qvo cum conſentit Fragmentum chartaceum ſub* No. 413 *ſupra allegatum' qvæ Fragmenta prælium in Hriſateigo communiter adſignant Anno* 983: *ubi ſimul obſervandum eſt, ipſa hiſtoria duce intervallum temporis, qvod a prælio Hriſateigenſi usqve ad tempus, qvo carmen allegatum fecit Glumus, id qvod VI. annorum ſpatio continetur: neqve minus inſpicienda ſunt Cap. V. VI. VII. & VIII. ex qvibus apparet, Glumum non ultra ſedecim annos natum* 942, *cum Sigmundum occidit, at Anno* 983 *in prælio Hriſateigenſi fuiſſe LVII. annorum, qvo additi VI. anni proximi poſt, cum carmen pepigit, efficiunt ætatem ejus tum LXIII. annorum, qvod proxime accedit, ad id qvod ipſe poëta in carmine de ætate ſua profitetur, cum tunc ait ſe LXIV. aliqvanto (dimidio anno) minus vixiſſe. His præmiſſis Chronologia, qvantum maxime videtur probabile, hunc in modum ſe habet.*

 Veri-

A. C.

918 *Veriſimiliter Eyiolfus Hruga peregre profectus eſt, ergo XVI. annis ante initia regni Hakonis Adalſteini, unde patet error Hiſtoriæ chronologicus Cap. II. ubi pro Rege Hakone neceſſario reſtituendus eſt Haralldus Pulcricomus.*

922 — *ducta uxore Aſtridam in Islandiam venit, & mox villicationem & pontificatum ſuſcepit, qvo anno pater ejus Ingialldus, qvantum conjectare licet, mortuus eſt.*

926 — *Natus Viga-Glumus.*

940 *Obiiſſe videtur Eyiolfus Hruga vel anno ſeqventi ineunte.*

941 *Obiit Vigfuſus filius Eyiolfi, & Glumus peregre iit XV annos natus, & hyemans in Norvegia Biörnum Berſerkum interfecit.*

942 *Glumus in patriam rediit & Sigmundum Thorkilli filium interfecit.*

943 *Thorkillus Celſus cauſa contra Glumum ob necem Sigmundi inſtituta cadit & anno ſeqventi.*

944 *Thvera extruditur, Glumus dignitatem in territorio auſpicatur & uxorem Halldoram ducit.*

945 *Marius Glumi filius natus eſſe videtur: conjectura ſumta ex* Vígaſkútu Saga, *Cap. XXIV.*

962 *Marius Viga-Glumi filius tum XVI. annorum a parte Nordlandorum præfuit ludo palæſtrio in comitiis. Idem pater ejus Viga-Glumus in ludo eqveſtri eqvum duxit.*

963 *Glumus Kalfum de Stockahlada interfecit. Controverſiæ Glumi & Vigaſkutæ, qvæ ita terminarentur, ut Glumus Skutæ in matrimonium daret filiam ſuam Thorlaugam, tum Marius XVIII. annos natus Havardum de Isolfstunga interfecit, narrante Vigaſkuta Saga loco citato.*

966 *Skuta Thorlaugam repudiatam domum remiſiſſe videtur ex connexione in eadem hiſtoria, unde renatæ inter eum & Glumum diſcordiæ ac ſtratagemata alternatim tentata.*

975 *Ludus eqveſtris, in qvo Vigfuſus Viga-Glumi filius judex præſidebat, & ab altera parte Bardus Halli filius.*

977 *Cædes Bardi Halli filii a Vigfuſo Viga-Glumi filio patrata.*

982 — *Steinolfi ab Arngrimo coalumno commiſſa, unde profectum eſt*

983 *Prælium Hriſateigenſe inter Glumum & Eſphælenſes.*

Glumus

A. C.

985 *Glumus de cæde Thorvalldi Kroki in jus Hegraneſenſe vocatus judicium diſturbavit, & actionem irritam reddidit: item altera vice eadem de cæde in judicium comitiale citatus eſt, & poſt eadem æſtate juramento ſe purgavit in tribus fanis Eyiafiördenſibus.*

986 *De eadem cauſa Glumus quarta vice in judicium citatus de cæde Thorvalldi, eam confeſſus eſt, & eam ob rem prædium Thveraënſe amittit.*

987 *Glumus Thvera migravit Modruvallos, ubi unum annum habitavit.*

989 *In Myrkardalo habitantis Glumi ædes ruina montis perſtrinxit, unde ille*

990 *Prædium Thverbreckam emit & eo migravit & tum annorum LXIV.* ($63\frac{1}{2}$) *erat.*

1000 *Baptizatus eſt Glumus.*

1003 *Glumus in morbo emortuali in albis anno ætatis LXXVII. exſpiravit.*

INDEX III.

VOCUM ET PHRASIUM PRÆCIPUARUM

in

Hiſtoria Viga-Glumi occurrentium, cui inſertæ ſunt notæ ejus loca obſcuriora illuſtrantes; derivationibus vocum rarioris etymi, qvas alii, qvantum ſcio, non attigerunt, hinc inde adjectis.

Cap. Caput; Ver. & v. verſum ſive comma capitis; Var. varietatem lectionis; Car. carmen; Stroph. & ſtr. ſtropham ſive lineam carminis denotat.

A.

Adferd *vid.* Atferd.

At Ædraſt, *verb. depon.* — einn *formidare qvem* Cap. IV. v. 8. *ab* at óa (ægia) *Activ. terrere*, Ædra *fœm. eſt timor, formido.*

mer Ægir, *verb. imperſon. terror mihi eſt, horreo, trepido*, Cap. IV. v. 8. *vid. præcedens.*

Af, *præpoſ. duplicatum ſeu bis poſitum elegantiæ ergo:* hió af trynit af dyrinu, Cap. III. v. 13.

Aſleidis, *adverb. verbo tenus, a via, de via.* at færa eitt afleidis fyrir einum. Cap. II. v. 7. *item* Cap. III. v. 5.

Afli *maſcul.* (*pro* ſtyrkr, *robur*,) *copia*, vina afli *vis amicorum*, Cap. VII. v. 4. frænda afli Cap. IV. v. 10. *ab* afl, *dan.* Afl, *vires, vid.* Gloſſ. Synt.

Afrett, *fœm. & ſæpe apud veteres maſc.* Afrettr, *paſcua, compaſcua, locus in teſqvis, vel montibus ſeparatus, ſaginationi pecorum, ut boum, eqvorum, ovium & agnorum maxime æſtivo tempore deſtinatus.* Þat heitir afrett, er tveir menn edr fleiri eigu ſaman, Jónsb. in Landsl. Bálki Cap. XLVI. i. e. *id* Afrett *vocatur, qvod duo pluresve communiter poſſident: huic opponitur* almenníngr *communitas publica, vid.* Jónsbókar Landl. B. Cap. LII. *ubi* afrett & almenníngr *ut duo oppoſita ponuntur; qvomodo autem* almenníngr *definiendus ſit, patet ex* Járnſída: Almenníngar ero á landi her, þeir er fiórdúngs-menn eigo allir ſaman, þar eigo menn at fugla og fiſka. *i. e. illæ communitates publicæ ſunt in Islandia, qvas communiter poſſident incolæ omnes in ea provincia*

vincia (qvadrante inſulæ) ibi aves & piſces capere licitum eſt. De almenníng *in comitiis univerſalibus conſule Arium in Schedis ex editione Buſſæi p.* 18 *&* 20. *ubi* almenníngr *multo latioris eſt extenſionis, nimirum fundus omnibus Althingi-petis communis fuit, & conſeqventer etiam omnibus iis, qvi e qvatuor inſulæ qvadrantibus comitia freqventabant.* Afrett Cap. XVII. v. 2. *convenit cum Dan. & Norv.* Auret, Ovret, Ovrat, Evret, Overdrev, *haud incommode huc referri poteſt* Anglo-Sax. Avrat *alligatus. Qvod omne videtur proficiſci a latinorum* Rego, *qvatenus notat, cogo, compeſco, definio, cobibeo, modum præfigo, vel pono, eadem ratione latinorum* compaſcua *videri poſſunt dicta eſſe a* compeſco; *præterea dicimus Dan.* Aſrette, *Germ.* Abrichten, *domare, condocefacere, corrigere, Conferri poteſt* Rett *fœm. &* Rettr *maſc. qvod hodie & olim ſignificat ſeptum, intra qvod pecora coërcentur vel clauduntur, Dan. & Nor.* Fold, *Gr. ερκος per litter. præpoſ.*

Agángr, *maſc. invaſio, vexatio, inſultus, oppreſſio,* at þola einum ágáng. Cap. V. v. 9. at veita einum ágáng. Cap. VII. v. 3. *vim cui inferre. conf.* Cap. IX. v. 8. á, *in, adverſus,* gángr *greſſus.*

Akr, *maſc. ager,* þau voru í akri, *in opere agrario erant,* Cap. VIII. v. 5.

at Aleggia, *v. a. proprie imponere,* at leggia eitt á vid einn *irrogare, imperare qvid cui (ſolvendum)* Cap. I. v. 10. *unde* Alögur *imperata.*

Ali (áli) *nomen propr. regis bellicoſi: item nomen proprium unius ex Odini filiis, qvi alias* Oli *ſcriptus invenitur, ergo,* Ala el *prælium* Cap. XXVII. v. 17. *ſtr. Carm.* 3. Oli *hodie, nomen propr. viri, idem videtur ac* Ali *veterum occurrit &* Ali *tanqvam Odini nomen.*

Almenníngar *maſc. vid.* Afrett.

Andvirki *n. fœnum in metas majores congeſtum, at nondum horreo conditum.* Fe villdi brióta andvirki, Cap. VII. v. 12. at giæta andvirkis *ibid. v.* 13. *videtur eſſe opus affectum, ſive nondum confectum, qvod ſub manu eſt adhuc, ab* and *contra, coram, &* virki *opus, ſcribitur &* annvirki, *qvaſi ab* aunn *labor, cura.* Jónsbók in Landl. Balk. LIX. Nú brennir madr ſætr í almenníngi, veidibúd edr andvirki þat, ſem þar er, *ſi qvis cremat mapalia in communitate, tuguria aut res, qvæ curæ & labori adhuc ſubſunt. confr.* Eyrb. *&* Chriſtinrettos *ambos editos a G. Thorchelino.*

A-qveda *v. activ. ad verbum indicere,* at áqveda eitt vid einn Cap. I. v. 10. *lit. i.*

Argliúfr, *vid.* Gliúfr.

at Aſiá, *verb. act.* — mál, *cauſam tueri, cauſæ patrocinari,* Cap. XIV. v. 9. *in eodem ſenſu,* reſpicere, *uſurpatur latinis.*

Aſiá, *fœm. patrocinium, protectio.* Cap. XIV. v. 9. *item* Cap. XV. v. 3.

at Aſiáz, *verb. dep. recipr.* Cap. XIX. v. 10 *qvaſi ſe invicem intueri, qvod inter pugnantes neceſſe eſt: contendere.*

At *encliticum, eſt particul. negans,* Cap. XXIV. v. 6 *vid.* Synt. Bapt.

At *conjunct. pro* Þegar Cap. XX. v. 10. it. *pro* med því at, ſyrir þat at Cap. II. v. 3.

item

item præpoſ. per, cum dativo. Cap. IX. v. 3. *ſtroph. Carm.* 3.

Atferd, *fæm. agendi modus, mores, Dan.* Adfærd, Opførſel, Omgang, *Gall. conduite,* Cap. X. v. 2.

Atqvædi *neutr. ſententia, judicium,* Cap. XVIII. v. 6. at qveda at, *ſententiam ferre, decidere ibid.*

Audſætt, *adject. neutr. perſpicuum, liquidum,* Cap. XI. v. 1. af Audſærr *perſpicuus.*

Auki, *maſc. augmentum, ſupplementum & ſimpliciter magnitudo,* Cap. IX. v. 3. *ſtroph. Carm.* 2. *ab* at auka, *augere.*

Aurvaſi, *maſc. pro indeclinabili* Aurvaſa, Cap. VI. v. 7. *ab* avr *particul. privativa in compoſitis (quæ alias dicitur* Ör) *&* vaſa *vadere, graſſari.*

Aurvggr, *adject. indubius, certus,* at avrigt ſe, at ver vaxim af, Cap. X. v. 6. *ab* Aur, *(vid. mox ante)* ok uggr, *metus, dubitatio, ſuſpicio.*

Auvirdazt (*pro* ódvirdazt) *vileſcere, contemni, ab* au *pro ó negatione &* at virdazt *æſtimari,*Cap. XXII. v. 6 virdazt *autem in verſione acceptum eſt intranſitive pro* at virda ſig. *ab.* verd *pretium.* O *&* au *in compoſitis ad Gr.* ου *referenda ſunt,* at virda *æſtimare, a* verd *pretium, vid. Gloſſ. diatrib. in* Vere.

B.

at Bægia, *verb. act.* — einum *incommodare cui,* Cap. V. v. 7. *a* Bágr *obliqvus, qvod ab* at beygia *curvare, flectere.*

Banaſpiót *n. telum funeſtum,* Cap. XII. v. 7. *a* Bane *mors, &* ſpiót, *qvod vid. ſuo loco conf.* beraz banaſpiót eptir.

Bardægi, *m. verberatio,* Cap. II. v. 7. *item prælium, pugna, ab* at beria *verberare &* dagi, *qvod hic eſt terminatio vocis; in priori ſenſu occurrit in prov. Dan. vetere:* Stakket er Baardags Glæde. — *qvod Islandice audit,* ſkamma ſtund verdr hönd höggi fegin, *breve eſt gaudium manus ex ictu,* at beria á einum *verbera cui ingerere* Cap. II. v. 7.

Baudkr, *maſc.* Cap. XXI. v. 2. *var. b. vid.* Budk, Baukr *uſitatius eſt hodie.*

Bauggr, *maſc. incommodum, moleſtia.* Oſs kom breidr í búdir Bavggr af einu höggi Cap. XXVI. v. 12. *ſtroph. Carm.* 3 *&* 4. *an ſit a* Baggi *faſcis, an a* Bagi *incommodum, incertum eſt, ſi prius, conferri poteſt*Bauggull *faſciculus, tanqvam diminutivum* a Bauggr, *& certe* Baggi *faſcis, incommodum etiam notat.*

Bavrd, *n. plural. oræ, termini extremi.* Iörd med Bavrdum *fundus cum limitibus* Cap. XXVI. v. 11. *ſtroph. Carm.* 7. *in ſingul.* Bard, *Gr.* περας-ατος *terminus.*

Beidi-hlökk *fæm. Nympha poſtulans.* — Bliks Cap. XXVII. v. 16. *ſtr. Carm.* 7. 8. *vid.* Blik. Beidi *non exiſtit per ſe, ſed eſt tamen fulcrum ſuppoſiti in hac appellatione.*

Bek-rád (Beckrád) Cap. IX. v. 10. *var. c. Angl.* Beggen, *mendicare: noſtr.* at beckiaz til vid einn, *moliri aliqvem e ſuo loco, expellere, tranſlate decipere aliqvem, vel fraudem (ſtropham) alicui facere:* a Beckr *ſcamnum &* rád *conatus, alias* Bekrád a Bágr *obliqvus, curvus, detortus, incommodus, duci poteſt. vid. infra* Brekrád.

at Benda,

at Benda, verb. act. & inde Bendir, nomen verbale, benda, ſer. Jörd úr hendi, *quaſi, arcum intendendo, fundum ſibi è manu projicere. Sed hæc Lectio vix conciliatur ceteris Verbis illius Hemiſtichii; at* bendir varrarſkíds, *nauta, viri vocabulum.* Cap. XXVI. v. 11. *ſtroph. Carm.* 6. 7. 8. *& var. m. Lat. pando.*

at Bera *v. act. ferre.* Bera á qvid, bera af qvid Cap. XVIII. v. 2. *paſſiv.* beraz — í móti, *caſu obvenire vel obtingere.* Cap. IV. v. 1. Berazt banaſpiót eptir *pro* bera þat hvörr | á annan. Cap. XII. v. 7. *Lat. fero & græc.* φερω.

þat Berr, *imperſonale* — undir einn, *de hæreditate dicitur, cedit vel redit ad aliqvem* Cap. V. v. 3. *vide* at Bera.

Biarghagr, *adject.* Cap. XIII. v. 6. (*hodie* hagtækr, lagtækr) Biarg *a verbo* at biarga *opitulari; Hagr, opifex, artifex, ergo* Biarghagr *in compoſitione ſignificat tyronem opificii vel fabrum frugi, vel qui ad opificium haud ineptus eſt, etſi tenuem tantummodo ſcientiam ejus poſſideat.*

Bida *vid.* Budk.

Biöd, *fæm. telluris vocabulum poët.* Cap. IX. v. 3. *ſtroph. Carm.* 8.

Blik, *n. fulgor, ejus* Beidi-hlöck *mulieris appellatio* Cap. XVII. v. 16. *ſtroph. Carm.* 7. 8. *oportet* at Blik *hoc loco pro auro accipiatur, quod etſi exemplo careat, tamen ratione analogica, ab etymologia ſumta, nititur; ita enim* Gull *putatur eſſe a* γελας *ſplendor, &* Silfr *argentum a* ςιλβω *ſplendeo. Ponamus tamen* Fyrr (furr) *ignis, per Synonymiam hic pro* brim *æſtus maris, mare, accipiendum eſſe; ita* Fyrr-Bliks-Beidi-hlóck *foret proba mulieris appellatio.* Vagr *ſimili modo et ignem & mare notat in* Alvismálum.

Blódnætvr, *f. pl.* Blódnætvrnar ero hverium brádaztar *adag. Noctes a cæde calentes cuiqve maxime inqvietæ ſunt* Cap. VIII. v. 9. *a* Blód *Sangvis, &* Nótt *nox, compoſitum.*

Blódſkialldadir *adj. m. pl.* Cap. XXVII. v. 18. *ſtroph. Carm.* 8. *Clypeo ſangvine aſperſo tecti vel etiam ſangvine ſparſi, compoſitum a* Blód *ſangvis &* Skialldadr, *clypeatus, Edda legit* Blód. ſkialldadar *in gen. fæm. & refert ad* Díſir, *Deas ſtroph. Carm.* 5.

Blódſkulldadir *adj. m. pl.* Cap. XXVII. v. 18. *ſtroph. Carm.* 8. *var. t. ſangvinis rei, ſive cædis accuſati,* J. Olavius *Hypnon. legit* Blódſkullda ar, *& refert ad Deas, compoſitum a* blód, *ſangvis, &* ſkulldadr, *accuſatus.*

þat Bölnar *v. imperſ. ærumnoſum, deterius fit,* Aldr bölnar miök Skálldi Cap. XXVII. v. 20. *ſtroph. Carm.* 2 *a* böl *ærumna, malum; Lat. Malum.*

Bord, *n. tabula ſectilis, aſſer. item latus navis ſummum.* Bordaſtód, *Naves,* Cap. XXVII. v. 16. *ſtroph. Carm.* 2. 3. *Dan.* Bord, *Angl.* Board, *Goth.* Baurds, *Cambrobrit.* Bord *vel* Bwrd, *Belg.* Berd, *Alam.* Bret, *Angl. S.* Bræd

Bred. *Vetuſta origo latet. confer tamen Isl.* Bard *&* Börd.

Bragd *n. græc.* *πραγμα, factum, facinus; item ſtropha, vid.* brögdóttr *fere πλεοναζει in hoc:* Uvitrligt bragd, at ſpotta &c. Cap. III. v. 1.

at Bregda *v. imperſ.* brá hönum ſva vid, *ita affectus, motus, vel commotus eſt,* Cap. VII. v. 17. *ab* at bregda *v. a. verſare, mutare.*

Breidr *adj. latus, ſpatioſus, amplus, ingens, grandis.* Breid-mæda, Cap. XXVII. v. 18. *ſtroph. Carm. 7. Angl.* Broad, *ſpatioſus, vaſtus. Alam.* Breider *v.* Breit. *Dan.* Breed. *Belg.* Breed; *quidam ducere volunt a* braut, *via, ſicut* rúmr *a ῥυμη, vicus.*

Brekrád *n. moleſta petitio vel appetitio* Cap. IX. v. 10. *var.* c. *a precor, occurrit* brekrád *in* Laxdæla Cap. LXXXII. *de injuſta alienæ rei appetitione.*

Brióſt *n. pectus, translat. propugnaculum, vel anteſignanus, primipilus,* at vera brióſt fyrir einum Cap. VII. v. 3. *a προσθε, ante.*

Brögdóttr *adj. vafer, fraudulentus, verſutus* Cap. XXII. v. 12. *ab* at bregda, *verſare, torqvere, & terminatione* óttr *quæ æquivalet* Lat. *oſus ut indoloſus, vel* á Bragd *fraus, verſutia, fallacia: ſtropha. conf.* Bragd, *quod ipſum pro fraude poſitum ab eodem Verbo* at bregda *arceſſendum eſt.*

Brullaup *n.* at giöra, *Nuptias celebrare* var giört Brullaup þeirra vel Cap. X. v. 3. *Dan.* Bryllup. *vid Gloſſ. Diatrib.*

at Búa *v. act. vel* tilbúa mál, *vid.* mál. — *item in neutro ſenſu* at búa vid einn ſva edr ſva. *verſari cum aliquo ſic vel aliter,* Cap. III. v. 16.

Budk *m. Pyxis* Cap. XXI. v. 2. *Dan.* Buddike. *forte convenit cum Lat. pyxis, hujus loco var.* b. *habet* Biduker, *Capedo, græc. πιθος eſt dolium.*

Búinn, *particip. paſſ. ab* eg by *paro, præparo,* búinn til at giöra eitt, Cap. IV. v. 5. *vid.* Bygd.

Búmadr *m.* Cap. XV. v. 4. *Colonus bene a facultatibus paratus, & rei Oeconomicæ cum ſucceſſu ſerviens. Compoſitum a* Madr *homo. &* Bú, *Oeconomia propria.*

Búr *n. vide* Stocka-búr.

Bygd *f. forte* Nágrenni, Sambyli, *cohabitatio, habitatio una cum quo; ſic* Búi, *Vicinus*, at óhægia einum bygdina Cap. V. v. 6. *ab* at byggia *ædificare, colere, quod ab* at búa *habitare, manere. Gr. παυω quieſco. v. Gloſſ. Syntagm. in* By. bió.

C. vid. K.

D.

Dagi *in Compoſita voce* Bardagi *non eſt niſi terminatio vocis formativa. vid. tamen Gloſſ. Synt. in* Dagr.

Dagmál *n.* ad dagmálum Cap. VIII. v. 3. *quaſi tempus jentaculi.* Dagr *enim tempus aliqvando notat.* — Mál *prandium.* Dr. F. Johannæus *ſtatuit veterum* Dagmál *fuiſſe horam antimeridianam* 7½. *Conf. Horologium ejus ad calcem* Rymbeglæ *pag.* 38. *&* 57.

Dálkr

Dálkr *m. proprie Spina oſſea dorſi piſcium, forte ab* at deila, *dividere, corpus enim in longitudinem bifariam dividit, velut ſpina aliorum animalium; ſic etiam Columna paginæ vocatur* dálkr á blad-ſídu *eadem ratione: quid autem hoc loco ſignificet, difficile eſt dictu.* Dr. F. Johannæi *in Hiſt. Eccl.* Tom. IV. pag. 137. *Sententia hæc eſt:* „*in Kormaki*
„*& Glumi vitis, memoratur* Dálkafel-
„darins, *quod idem eſſe videtur ac*
„Þorn *ſeu* Prjónn, *Spina vel acus,*
„*qua binæ fibulæ in utraque extremi-*
„*tate oblongæ fiſcuræ a parte pectoris*
„*conjungebantur, quæ ligula quadam*
„*veſti connexa fuit: hæc omnia fibulæ*
„*ſc. & acus* (dálkr *ſeu* Þorn og Prjónn)
„*pretioſa fuiſſe videntur, magnatum forte*
„*aurea, relinquorum forte argentea*
„*aut ænea. unde Epitheta viris* Þorna-
„tyr, *& mulieribus* Þornaná." —
Quantum ego obſervavi, mentio non ſit Dálks *niſi tribus locis, præter hunc noſtrum in* Cap. VIII. v. 5. 6. *nempe:*

1, *Apud Snorrium Tom. I. pag.* 18 *Edit. Havn.* 1777. Af Silfrinu var gierr Felldar-dálkur — og ſtód Dálkrinn L marka, hann ſendu þeir Eyvindi, enn Eyvindr let höggva í ſundur Dálkinn, og keipte ſer Bú med, i. e. *Ubi Danus interpres vertit Felldardálk,* Kappebord. *& Latinus per Fimbriam Togæ ornandæ, & mox pag. ſequenti, Eyvindus ipſe in carmine ornamentum hoc vocat* Felldarſtinga *Dano interprete vertente* Sølvbremmen *Latino autem Tunicæ Fimbriam, merito dubitari poteſt, an illud* Felldarſtinga *ſingularis ſit, an vero pluralis, quod ſcire nonnihil forſan intereſſet ad intelligentiam vocis* Dálkur, *& ad notionem ornamenti ita vocati.*

2. *In Gisla-Saga Súrsſonar* Cap. XXVIII. *edita Holum* 1756. *Locus cum Membr. Collatus ita habet:* Thorkiell hafdi girſkan hatt á höfde og feld gráan, gölldálk um Öxl enn ſverd i hende. i. e. *Thorkillus (in forum veniens)* „*Ruſſicum pileum in ca-*
„*pite geſtavit, & togam griſeam, Gull-*
„*dálkum circa humerum & gladium in*
„*manu: in margine autem Impreſſæ*
„*Gloſſa habetur* Gulldeiling edr Gull-
„búnadr upp um öxlena. i. e. *Di-*
„*ſtinctio aurea vel ornamentum aure-*
„*um ſurſum circa humerum ſe porri-*
„*gens.*

3. „*In Kormaks Saga* Cap. XIX.
„Kormakur ſat utar vid dyr i tial-
„denu og drack tvímenníng á Stein-
„gerde, og medan hann giörde þet-
„ta; ſtal madr frá Kormake dálki
„til ſpors, er hann hafde lagt af ſer
„felldinn, og er hann ſkildi tiltaka
„var, úr dálkrinn: Kormakr ſpratt
„upp og hliöp eptir &c." — og qvad Viſu — Dreingr úngr ſtal mic dálki, þá er drack á mey racka, vid ſkulum dálkinn deila ſem dreingir tveir úngir. i. e. *Kormakus exterius ad fores in tentorio ſedebat, & pocula cum Steingerda alternavit, in quo opere dum occupatus eſſet, homo aliquis ſurripuit Kormako Dálkum, irriſionis gratia*

gratia, nam ille togam depoſuerat; cum rurſus vellet eam aſſumere, Dálkus illa exemptus erat. Kormakus exſiliens hominem inſecutus eſt. — & carmen pepigit. Vir juvenis furtim ſpoliavit me Dálko, dum pocula commutabam cum virgine alacri, nos Dálkum partiemur (inter nos) tanquam duo viri juvenes. Summus Poëta & Antiquarius Eggerhardus Olavius *in Notis ad Poëma ſuum* Mána-mál *verſ. penult. per* Pararöd edur Kediu, *Fibularum ſeriem vel catenam Dálkum exponit, nulla ulteriore explicatione vel illuſtratione adjecta. Ex allatis locis e Snorrio & Kormaks Saga nihil concludi poteſt, quid, ubi in veſte, vel cui uſui Dalkr fuerit, Giſla Saga autem expreſſe locum Dálko deſignat circa humerum. Quid ergo aliud in re incerta faciamus, quam ut Eam ſequamur, & Dalk pro ſpintere accipiamus, præſertim cum* A. S. Dalc, *quod exponitur fibula, ſpinter eam acceptionem adſtruat. Sed cui uſui fuit Dalkr in humero? Non video fuiſſe ullum præterquam ornamentum ſolum ſicuti cirrus ille vel tæniæ penſiles, quas hodiedum in humero geſtant viri quidam militares majoris notæ. Utut hæc ſunt, non celabo meam tenuem opinionem, quod Dalkus fuerit faſcia vel tænia, ex qua pendebat* Tygil-Knífr: *in hanc opinionem eo veni, quod* Dalkr & Tygil-Knifr *ſint Synonyma, nam quod (telum) in Olafs Saga Triggvaſonar Skalholtina Editione* Tygil-Knifr *vocatur, id in Monachi Oddi Hiſtoria de eadem re loquente appellatur* Dálkr; Tygilknifar *autem collo appenſos fuiſſe, ope tæniæ in ſpiram formatæ certum eſt e Droplaugarſona Saga, quæ negat vergente ſeculo X pugiones balteo geſtatos fuiſſe, at contra aſſerit e collo faſcia penſiles portatos eſſe. Opinor ergo* Dálk *per Methonymiam dictum fuiſſe ligulum vel faſciam vel retinaculum, ex quo pugio ſupra dictus* Dâlkr *vel* Tygil-Knifr *pendebat; non tamen improbabile eſt, utrumque tam* Dálkr, *pugio, quam* Dalkr, *pugionis ligula, nomen accepiſſe a ſimilitudine aliqua cum ſpina piſcium. Quo cum convenit nomen proprium gladii Magni Regis* Fiſk-hriggr *appellati. in vita Sverreris,* Cap. XC. *quod verbo tenus ſignificat Dorſum vel ſpinam piſcis.* (*Dolki deſcriptio invenitur in Præfatione, ad Tom. 2. Snorrii pag. 7 & 8.*). *Cum voce* Dalkr *pugio convenit Germ. & Dan.* Dolch *& Gall.* Dague *item Dan.* Dagger, *Germ.* Degen *& noſtrum* Daggardr: Tygill, *ligula, Connatum eſt Germ.* Zuel, *habena, lorum, quod hic in tranſitu obſervo, neque prætereundum arbitror Gr.* δέω, *ligo, quo* Tygill *commode refertur. Simul advertendam cenſeo Analogiam, quæ eſt inter noſtrum* Dálkr, *ex mea ultima duplici acceptione, & Lat. ac Gr. Parazonium* παραζώνιον, *quod tam de pugione, quam de zona ejus uſurpatum eſt. Nunc ipſi lectori relictum eſto, quam notionem* Dálko *tri-*

tribuere velit, ſeu cujusmdi ornamentum hoc putet fuiſſe.

Dalr *m. Locus terræ humilis, lacuna telluris, item arcus.* dals ótta fiöll. Cap. IX. v. 3. *ſtroph. Carm. 6 & 7. vid.* Fiöll. *Got.* Dalei, *Dan. & Belg.* Dal. *Alam.* Dal & Tal. *Germ.* Thal. *Cymr.* Dôl & Dôldir, *eſt locus humilis.*

Díſablót *n.* Cap. VI. v. 4. *a* Dis, *Dea, &* Blót *n. ſacrificia, idololatria,* at gá ei blotſins, Landnámabók *ſacrificia negligere: item in Hiſtoria* H. Krakii *vocatur Rex Adilſus* hinn meſti blótmadr, *ſummus idololatra. Poſt Chriſtianismum in malum abiit ſenſum, & ſignificat Diras, Ethniciſmum. Anglo S.* Blotan, *immolare. Belg.* Bloecken, *diris devovere. Cognatum eſt* Blód, *ſangvis, id enim in Sacrificiis res maximi momenti fuit, conf.* Kialnesínga Saga Cap. II. *vid.* Landnámb. *edit.* Hafn. 1774.

Dóttir *f. de Nuru dicitur* Cap. X. v. 4. *Island. vet.* Snor, Snör, *Dan.* Svigerdatter.

Dragna *n. lente ductari.* Kápan hafdi dragnat. Cap. III. v. 13. *Lat. traho & Island.* dreg, *idem.*

Dreyri *m. cruor,* dreyra ſvell *ferrum fortaſſe, vel etiam cruor gelatus, ejus* dynr *prælium vel ſtrages.* Cap. XXVII. v. 18. *ſtroph. Carm.* 5. 6.

Drögvr *f. plur.* Cap. XIX. v. 4. *de oneribus equis impoſitis & bifariam diviſis, quæ inter portandum trahuntur, inde* dragna hroſs, *a Genit. pl.* dragna & hroſs *equi; ab* at draga *trahere, hodie vocantur* Klif, *plur.* Klifiar, *Dan.* Kløv, Kløvt-Sadel, *quod ab* at kliúſa *diffindere, quia onus clitillarium bifariam dividitur, æqua portione ad quodlibet latus clitillarii. conf. indicem nuper laudatæ Landnamæ.*

Drottinn *m. Dominus, poſſeſſor,* Fe er drottni glikt. *adag.* Cap. XIII. v. 13. *a verbo* at draga. *Ducere ut ſit dux proprie. Anglo-Sax.* Drihten, *eſt Dominus.*

at Dylia *v. act.* Cap. XIII. v. 9. *tegere, diſſimulare, inficiari:* eigi er þer at dylia þeſſa vinr: *& mox:* hann matti nú ey dylia, at eigi væri þetta fyri ſatt haft. *Ebr.* thil lel *eſt tegere, obtegere.* —

Dynr *m. ſonitus gravis, impetus ſtreperus:* Dyn-Niördr húna Limafiardar, *viri appellatio.* Cap. XXI. v. 8. *ſtroph. Carm.* 1. 2. 4. *cum* dynr & at dynia *conveniunt, Lat. tono, & Græc.* δονεω, *agito.* Dyn-fúſs, *unde* Dreyraſvells-dynfúſar Díſir. Cap. XXVII. v. 8. *ſtroph. Carm.* 5. 6. *vid.* dreyri.

